PARS PRIMA

DILVCIDATIONVM IN QVAMPLVRIMA ARIST. OBSCVRISSIMA LOCA.

Excellentiſſ. art. & Theologię Doctoris D. M. Ant. Mazzaroni à Monte Rubiano: Logici hac tempeſtate Celeberrimi; & in Almo Peruſino Gymnaſio Publicè, ordinariè, atq; primariè Profitentis.

OPVS CERTE PHILOSOPHIÆ, ac Logicæ Incumbentibus apprimè vtile.



SVPERIORVM PERMISSV.

PERVSIÆ

Apud Petrumpaulum Orlandium. 1589.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

DOctiſsimas, facillimasq; Dilucidationes has, nec non ſatis eruditas, & perbreues, fidei Catholicæ nullibi repugnantes, ex communi con ſenſu ad publicam ſtudioſorum utilitatem imprimẽdas cenſuimus, iudicauimus, & permiſsimus.

Bart. Baſſus Vic. Generalis Perus.

Ego Frater Vincentius Caſtruccius, Sacræ Theologiæ, ac Artium Magiſter: Vmbriæ totius Generalis Inquiſitor, idẽ apprime confirmo &c.

ILL.^mo

ILL.^{mo} AC REVEREN.^{mo}
D. D. CONSTANTIO
S. R. E. AMPLISSIMO
CARDINALI
SARNANO.

M. Antonius Mazzaronus à Monte Rubiano
S. P. D.

QVANTA ſit eorum copia, Cardinalis Ampliſsime, Ariſt.monumenta qui ſunt explicare conati, his nemo temporibus vitam ducit, qui te clarius intelligat; quippe cum ab ineunte pueritia ipſorum cuncta perlegeris volu

mina, intimè ſingula pręclariſsimo cō-
plectens ingenio; tanta omnium cum
laude, necnon admiratione, ut ma-
ior certè nulla poſsit excogitari. Prę
cęteris ipſe teſtis optimus eſſe poſſum,
qui non ſolum; & obſtupens, è ſupe-
riori loco tę publicè in prima ſede le-
gentē in hoc Auguſtiſsimo Gymnaſio
ubi multos iam per annos profiteor,
audiui; cęterū in diſceptationibus quo
que grauiſsimis cum viris tam doctè ſę
pe reſpondentem extempore, ut in fa-
cultatibus, quas profiteris, ex commu
ni omnium, qui intererant, conſen-
ſu ętatis omibus cuiusq; recto ſemper
iudicio prętulerim. Pro comperto eſt
habendum propterea notiſsimum tibi
eſſe quantum illi à proprio munere de
fecerint, quod omni cum venia dictū
ſit, & me ſanè illud hic recenſere pi-

get.

get. Pleriq; ſunt.n. ex ipſis textium ſine collatione, nullaq; habita methodo Philoſophum exponentes. Quidam ſermonis lepore animos legentiú oblectantes, vacuos tandem penitus dimittentes. Nec deſunt clara deniq; obſcura reddentes, difficultates conſultò prętereuntes, nullibi ſiſtentes, & ea prolixitate utentes; ut vix legi, nedum mente concipi valeant. Hinc factum eſt, Amplisſime Pater, ſuperioribus ut annis quamplurima Ariſt. perobſcura loca omni conatu, atq; diligentia diſcipulorum intuitu dilucidarem; hoc ſẽper ſub oculis habens, textum ut textui reſtituerẽ, & vnum per plures breuiter clarum redderem; veterum, atq; magnorum Doctorum conſilio mini me reiecto. Quæ loca pro viribus ingenij mei ſic elucidata typo alijs cõ-

munia fore cum decreuiſſem, ſimul eti am ſtatui Immortali nomini tuo iure optimo dicare. Ingentem .n. alicuius liberalitatem in me ſi cõtempler; tu es, ſtudioſorum Meceonas, qui primus ea ſponte vſus fuiſti. At ſi qui meum au-ctoritate ſua tueatur libellum, Grauiſsimum, Sapientiſsimumq; Virum perquiram; ipſe idem, nemine prorſus excepto, quamprimum occurris. Munus deniq; initæ iamdiu ſeruitutis idẽ mihi clarè mandare videtur; à parti bus, quæ mihi incumbunt, ne deficiam omnino. Eodem igitur animo, Virtu tum Decus, quo non ſolum noſtratium, ſed alienigenarũ quoq; oblata do na quotidie ſuſcipere ſoles, hoc iam munuſculum, qualecunq; ſit, inſpicere digneris, maiorum tanquam profectò veſtibulũ, quæ indies offerre conabor.

Interim

Interim uale, iterumq́; vale Scientiarũ, Religionisq́; Splendor: & me ſeruulũ deditiſsimum qua pietate ſoles, atq́; charitate, fouere non deſinas: Datum Peruſiæ Octauo Kal. Aprilis. M.D.LXXXIX.

CAPITVM ELENCH.

ROGATVS
Sis, Candide Lector, vt erratorum corre-
ctiones, in fine libri poſitas, vna cum ar
gumentorum totius operis indice
prius legere velis, quàm ipsũ
opus videre; ne fortè ali
cubi me iniuſtè re
prehendas, &
Vale.

Cap. 1. nu. 17.

QVID naturale ſit corpus.
Ab Ariſt. ubi definiatur.
Quomodo naturale corpus à mathematico di-ſtinguatur.
Quid ſit materia ſenſibilis, necnon intelligibilis.

Cap. 2. nu. 20.

QVod ſubſtantia non ſuſcipit magis, neq; minus.
Quid propriè ſit magis ſuſcipere, uel minus.

Quę

Quę radix ſit magis, & minus ſuſcipienda.

Cap.3.nu.22.

TEX. quartus dilucidatur .1.phys.
Intentio totius proemij manifeſtatur.
De primo cognito verba fiunt.

Cap.4.nu.30.

EXPLICATVR quod habetur .1. poſt. notiora, ſcilicet nobis, ſunt ſingularia; natura verò vniuerſalia.

Cap.5.nu.32.

AN Cęli materia naturę ſit eiuſdem horum cũ inferiorum materia?
Pars affirmatiua defenditur: & Patauinorum rationibus fit ſatis.

Cap.6.nu.43.

DECLARATVR tex.43.1.poſt.
Quotuplex ſit ſubiectum.
Quę ſubiecti ſcientię ſint conditiones.
Quomodo vna ſcientia diſtinguatur ab alia.

Cap.7.nu.49.

VARIA materię nomina exponuntur.

Varię

Variæ dilucidantur eiuſdem definitiones.
Diſcutitur tandem, an potentia de materiæ ſit eſſentia?

Cap.8. nu.62.

QVARE nec plura, quàm decem, ſint predicamenta, nec pauciora.
Quot requirantur ut aliquod in predicamento reponatur.

Cap.9.nu.67.

QVO nam pacto priuatio forma dici ualeat.
Natura, deinde, priuationis manifeſtatur in communi.

Cap.10.nu.72.

QVANTITATIS aliud diſcretum, &c. quomodo intelligatur.
Totius predicamenti ſeriem alibi uidebis.
Alia litera habet, quanti autem, &c. uera tamen translatio dicit, uti poſitum eſt.
Nota quòd molis quantitas etiam diſcretam cõplectitur, ex Ariſt. 1. poſt. dicente, Niſi
T.20. *magnitudines numeri ſint .i. poſſumus de numerò oſtendere, quòd linealis ſit, ſuperficialis, &c.*

Cap.

Cap.11.nu.81.

EXPONITVR quomodo forma ſit ens actu; ratione uerò ſeparabilis.
Quotuplex ſit forma.
Quid ſit forma ſubſtantialis.
Quotuplex ſit eadem.
Quot nomina tandem ſortiatur.

Cap.12.nu.88.

QVIBVS nominibus relationes nuncupentur.
Quotuplex ſit relatio
Quę ſint relatiuorum proprietates.
Ipſorum explicatur definitio.

Cap.13.nu.106.

QVOT modis principium ſumatur.
Quid ſit principium in communi.
Quomodo à cauſa diſtinguatur.
Quę ſint primorum principiorum conditiones.

Cap.14.nu.114.

VNDE dicatur habitus.
Quotuplex ſit habitus.
Quo pacto à diſpoſitione ſeparetur.

Cap.15.nu.118.

DEFINITIO naturę declaratur.
Quot modis natura ſumatur.
De materia, & forma multa dicuntur.

Cap.16.nu.123.

CONTRARIA definiuntur.
Quę ſint immediata, & quę mediata contraria, fit notum.
Inter ſe quomodo differant.
Quo nam pacto duo contraria poſsint eſſe ſimul.

Cap.17.nu.130.

NOMINE cauſę quid intelligatur.
Quomodo cauſa definiatur in communi.
Quot eius ſint genera.
In quo cuiusq; cauſę ſit poſita cauſalitas.

Cap.18.nu.141.

NOMINIS aperitur definitio.
Quomodo nomina ſignificent ad placitum.
An infinitum nomen uerè ſit nomen.

Cap.19.nu.146.

TRIPLEX motus explicatur definitio.
De ipſo multa poſtea dicuntur ſcitu digniſsima

Cap.

Cap.20.nu.158.

INITIVM quinti cap 1. periher. declatur.
An ex ſeipſis res ſint vniuerſales, diſputatur exacte.
Scoti doctrina manifeſtatur.

Cap.21. nu.173.

ANIMATVM ab inanimato, nec non ab animali quomodo differat, oſtenditur.
Quæ ſit anima Cælum animatum.
An ex ipſo, ſuaque anima fiat vnum per ſe.

Cap.22.nu.181.

NATVRA definitionis explicatur.
An definitio, & demonſtratio requirant actualẽ rei exiſtentiam? demonſtratur.

Cap.23.nu.192.

MIXTIO quot ſumatur modis.
Eiuſdem aperitur definitio.

Cap.24.nu.196.

VARIÆ ponuntur ſcire acceptiones.
Quot modis demonſtratio ſumatur.
Quomodo demonſtratio quia differat à demonſtratione propter quid.

Quòd tres demonſtrationis ſpecies exiſtant.

Cap.25.nu.211.

ANIMÆ ſecunda definitio declaratur.

Cap.26.nu.215.

DE medio demonſtrationis diffuſus habet̃ ſermo

Cap.27.nu.222.

AN ex coitu animalia genita, ex putriq; materia eiuſdem ſint ſpeciei?
Scoti opinio contra recentiores defenditur.

Cap.28.nu.238.

TOTVM primi poſt.tertium cap.explicatur.
Quomodo in demõſtratione det̃ circulus oſtendit̃.

Cap.29.nu.145.

COLORIS definitio declatur.
Quomodo lumen ad coloris uiſionem requiratur.
Quę ſint coloris cauſę.
Quę eiuſdem ſignificationes.

Cap.30.nu.254.

QVID ſit ſignificare hoc aliquid.

Quid

Quid ſit ſignificare qualequid.
De principio indiuiduationis habetur diſceptatio.
Scoti defenditur opinio.
Quód forma, atque totius materia dentur, luce clarius oſtenditur.

Cap. 31. nu. 275.

EXPLICATVR tex. 80. ſecũdi de anima. i. quomodo fiat Eccho.
Declaratur quid ſit obiectum,
Quid medium,
Quid organum auditus,
Et quomodo fiat auditio.

Cap. 32. nu. 280.

ACCIDENTIS definitio declaratur, quę 1. top. habetur; accidens ſcilicet eſt quod inesſe, ac non ineſſe contingit.
Natura communis accidentis exaſtè declaratur.
Diffuſè oſtenditur poſtremò, quomodo commune accidens à proprio ſeiungatur.

Cap. 33. nu. 289.

HABETVR inſcriptio libri predicamentorum.
Quid ſit ſubiectum in eodem libro.
Quòd lib. predicamentorum eſt logicus, & non metaph.

DILVCIDATIONVM M. ANTONII MAZZARONI IN QVAM PLVRIMA ARIST. OBSCVRISSIMA LOCA, PARS PRIMA.

Quid naturale ſit corpus, & ab Ariſt. ubi diffiniatur Cap. I.

NATVRALE ſolummodo, & mathematicum, ex Ariſt. reperitur corpus. Diſtinguitur primum à ſecũdo, quoniam ipſum à ſenſibili materia minimè abſtrahit; hoc verò maxime; licet intelligibilem contempletur; eſt .n. duplex materia, ſenſibilis .ſ.& intelligibilis 7. met. Materia ſenſibilis eſt ſubſtantia compoſita ex materia, & forma includens principium motus .i. ut ad motum ordinatur. Materia verò intelligibilis eſt ipſamet quantitas præciſè conſiderata; ita colligi poteſt ex Ariſt. dicto loco ita dicente. Materia ſenſibilis ut ęs, lignum, & quę eſt materia mobilis, intelligibilis uerò, quę in ſenſibilibus ineſt, ut entia mathematica. Ex quo loco habetur etiam idem, diuerſimodè, conſideratum, eſſe corpus naturale, & mathematicum. Di-

2. met. T. 15.

2. phyſ. T. 18.

T. 35.

T. 35.

citur enim mathematicum, quatenus abſtra
hit à materia ſenſibili trinam includens di
in prædic. cap. de quã tita. menſionem. dicitur verò naturale. quate-
nus illamet trina dimenſio concernit ſenſi-
bilem materiam, & motum. Colligitur ex
Ariſt. primo libro de cœlo, dicente, natu-
T. 1. ralis ſcientia omni ferè ex parte verſari ui-
detur circa corpora, magnitudinesq; , atq;
T. 2. horum motus: & ſexto methaph. aſſerente,
quòd phyſica ſe habet per ſuperadditionẽ
reſpectu mathematicę, quoniam mathema
tica abſtrahit à motu, phyſica verò minimè
exemplum affertur de ſimo reſpectu conca-
ui in naſo. Ita poſtea naturale corpus diffi-
nitur ab eodem. Eſt id, quod componitur
T. 3. ex materia, & forma. Probatur; dicit .n. ip-
ſe octauo Diuinorum, quod quęlibet ſenſi-
bilis ſubſtantia, uti eſt corpus naturale, ex
T. 4. materia, & forma reſultat: & ſecundo phyſi
corum, quod natura, uel eſt ſubiectum, ut
materia: uel eſt in ſubiecto, ut forma: quod
autem ex vtraq; reſultat dicitur habens na-
turã. i. corpus naturale. Diffinitur etiam di-
cto ſecũdo libro phyſicorũ hoc alio modo;
T. 1. Corpus naturale eſt quod habet in ſe prin-
cipium motus, uel ſecundum locum, uel ſe-
cundum augumentum. &c. & vtitur diſiũ-
ctione ad inſinuandũ non quodlibet corpus
moueri localiter, vel augeri, &c. ſed quod-
dam localiter moueri ſolummodo, quod-

dam

dam verò alterari,&c. Vltimò diffinitur primo libro de cœlo ſub his uerbis, Corpus uerò eſt, quod omni ex parte diuiſibile eſt.i. in longitudinem, latitudinem, & profunditaté. Et quamuis vnius rei vna tantum ſit eſſentialis diffinitio; eidem nihilominus diuerſimodè conſideratę diuerſę valent adaptari diffinitiones. Primo igitur modo diffinitur corpus naturale, quatenus eſt quędã ſubſtantia compoſita, quę per ſe, & directè in predicamento ſubſtantię reponitur. Secundo modo diffinitur quatenus eſt ſubiectum in tota philoſophia naturali; habetur .n. ſecundo phyſicorum, quòd philoſophus naturalis omnia cõſiderat in ordine ad motum, ſumendo ipſum pro qualibet transmutatione. Tertio deniq; modo diffinitur, ut ſecunda diffinitio compleatur, quòd ita ſit clarum. Corpus naturale, quatenus mobile, eſt ibi diffinitum; mobile autem minimè eſſe poteſt, niſi quatenus habet trinam dimẽſionẽ, ergo,&c. Minor manifeſtatur ꝑ Ariſt. quoniam, ſecundum ipſum, motus alterationis non ſit abſq; contactu, & contactus non eſt ſine dimenſionibus: motus localis non eſt ſine loco; ut autem aliquod ſit in loco, habet à quantitate: & quòd ſubſtantia, ut ſit mobilis, debet eſſe corporea, & diuiſibilis. Ex iam dictis apertiſsimè ſequitur, quòd corpus naturale complerè primo de

T. 2. *6. top. Cap. 4.* *T. 71.* *7. phyſ. T. 14.* *1. cęl. T. 5* *6. phyſ. T. 36.*

cœlo diffinitur. & non ſecundo phyſicorum quoniam forma ſpecificans eſt illa, quæ dat eſſe rei, uti diffinitur, & ſpecificans eſt ultima adueniens.

Porph. cap. de diffe.

in predicam cap. de ſuſt.

Quomodo intelligatur, ſubſtantiam non ſuſcipere magis & minus cap. 2.

PRo rei ꝓpoſitę declaratioẽ primò ſciẽdum eſt, aliud eſſe magis, & minus accidentibus ſubſtare: aliud ſuſcipere maioritatem, & minoritatem: & aliud ſuſcipere magis, & minus. Primum conuenit ſubſtãtijs, cum ſpecies magis ſubſtet, quàm genus quoniam pluribus accidentibus. Secundũ ſimiliter; quoniam vna eſt alia maior ſubſtantia propter maiores dimenſiones. De tertio remanet difficultas, opus eſt igitur uidere q̇d ſit ꝓprie ſuſcipere magis, & minus & q̃ radix eiuſmodi ſuſceptionis. Quantũ ad primum ſuſcipere magis, & minus eſt propriè ſuſcipere intenſionem, & remiſsionem .i. augeri, uel minui perfectionaliter, ſiue ſecundum gradus, qui gradus uel reſpiciunt eſſentiam, uel eſſe. Quantum ad ſecundum cauſa per ſe intrinſeca, & formalis ſuſcipiendi magis, & minus eſt intrinſeca latitudo eſſentiæ formæ. & ſi diceres quòd forma, ſecũdum auctorem ſex principiorum, nõ habet

Eod. cap.

latitudinem eſſentialem reſpondetur, quòd
forma vtiq; non eſt uariabilis, ſicut ſubie-
ctum; ſed poteſt eſſe variabilis terminatiuè.
Accedit cauſa extrinſeca, licet per ſe, ſuſci
piendi magis, & minus, & eſt potentior, uel
impotentior agentis actio; ſeu maior, uel
minor diſpoſitio ſubiecti. Adeſt ultimò ca
uſa extrinſeca, & per accidens, uidelicet re
motio à contrario; vnde habetur aliquo pa-
cto, quòd forma contrarium non habens
uix magis, & minus ſuſcipere poteſt: Et ſic
forma ſubſtantialis, cum propriè contrariũ
non habeat, non ſuſcipit magis neq; minus: *Propb.*
& cum non habeat etiam eſſentię latitudi- *in cap.de*
nem, introducitur in inſtanti. De primis *diff.*
ſubſtantijs, uel ſecundis clariſsimum eſt, per
Philoſophum, nullã ipſarum ſuſcipere ma- *in predi-*
gis, aut minus, cum neq; in eſſe, neq; in eſ- *ca cap.de*
ſentia intendantur, uel remittantur; non.n. *pprio*
vnus eſt magis homo, quam alius: nec vnus
homo eſt magis homo in vno tempore, quã
in alio: nec homo eſt magis animal, quam
Leo. Pro completa, deniq; huius rei noti-
tia ſciendum eſt, quòd aliquando duę ſub-
ſtantię diuerſæ poſſunt cõparari ad aliquod
vnum ſecundum nominis analogiam; puta
ad aliquod tranſcendens: & ſic ſubſtantia
ſuſcipit magis, & minus; quia vna eſt magis
ens, quàm alia; ſiue vna eſt perfectior alia;
quomodo intelligitur Ariſt. ſecundo phyſ. *T. 22.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

dum inquit, quòd forma eſt magis natura.i. ſubſtantia, quam materia. Similiter. ſubſtantia poteſt conſiderari phyſicè .i. quantum ad operationem corporalem, vel ſpirituale & tunc etiam ſuſcipit magis, & minus; quoniam vna potiores habet qualitates ad operandum, quàm alia: & vnus homo eſt magis vel minus diſpoſitus ad ſpeculandum, quã alius. Nec non metaphi: i. quantum ad nobiliorem participationem in eſſentia; ubi dubium nõ eſt hominem nobiliorem equo, ſiue magis ſubſtantiam eſſe. De formis accidentalibus dubium remanet, quę non uidentur, neq; ipſe per dictum Ariſt. ſuſcipere magis, uel minus, octauo methaph. aſſerentis. quòd ſpecies. i. formę in communi, ſunt ſicut numeri, &c. R. quòd ibi Ariſt. non loquitur de quibuſcunq; formis abſolutè; ſed ſolummodo de naturis ſpecificis compoſitorum ſubſtantię, quę in hoc comparantur numeris, quia, ſicut ſunt plures partes realiter, & quęcunq; ſubtrahatur variatur ſpecies; ita in naturis ſpecificis compoſitorum ſubſtantię.

ex Ariſt. 1. & hic. cap. 10. & 2. de ani. T. 94.

T. 10.

T. 4.

Quomodò intelligatur illud primo phyſicorum; Quare ab vniuerſalibus ad ſingularia progredi oportet. cap. 3.

Vc

VT vera huius loci habeatur explicatio, ſingula, in toto proemio phyſ. quę prę ſtat Ariſt. recenſenda ſunt breuiter. Totũ igitur proemiũ in tres principes diuiditur partes. In prima parte, quę ſolo primo terminatur textu, ſuam aperit intentionem; nempe, quòd acturus eſt de ſcientia principiorum, cauſarum, & elementorum rerum naturalium, quam intentionem ita ſyllogizandò deducit Auer. Res naturales habẽt principia, omnia principia habentia ex principiorum cognitione cognoſcũtur; habiturus igitur cognitionem rerum naturalium, ipſorum cognitionẽ tenere debet. Ponit Auer. primo locò minorem, ex ipſius Ariſt. uſu, ut melius ſeruetur regula de eſſe in toto, quę habetur primo priorum; & vt medium euidentius mediet inter maius, & minus extremum. *cap. 1.* In ſecunda parte, quę duos ſequentes complectitur textus, viam ponit. qua principia, cauſę, & elementa cognoſci poſſunt; & ratio eſt, quoniam ars imitatur naturam, quę in neceſſarijs, reſpectu propoſiti finis, non defficit. *2. phyſ. T. 2.* Dicit igitur primò, quòd illa uia debemus vti ad cognoſcenda principia, quę nobis eſt inſita à natura. i. à poſteriori, & ab effectibus; *3. de ani. T. 45* cuius dicti duplex eſt ratio: altera quidem, quoniam noſtra cognitio eſt diſcurſiua, & ideo per ea, quę ſunt notiora nobis. i. per effectus, in ea, quę ſunt no-

tiora natura,tēdere debet; uti ſunt ipſa principia,cauſę, & elementa. Altera vero eſt, quam ſimpli. & Themiſt ponunt videlicet, quòd ſi in cognitionem principiorum per alia principia veniendum eſſet, daretur proceſſus in infinitum. Quòd autem nobis ſint notiores effectus,oſtendit, dum inquit; Sunt autem primum nobis nota cōfuſa magis.i.ipſa compoſita, & ſenſata. Appellat etiam principia, notiora natura; quoniam nos prius conoſcimus effectum eſſe, poſtea per effectum eſſe cognoſcimus cauſam eſſe, quę deinde ad effectum iterum relata ſit nobis nota natura,vel ſimpliciter.i.de ſe vt cognoſcibilis eſt. Quare vtraq; cognitio eſt

T.30.& 1. à nobis,vt etiam ex primo, & ſecundo libro poſt.colligi valet. Ponit in poſtrema parte modum in tali via procedendi; poſſumus, namq; circa principia rerum naturalium, etiam à poſteriori, tripliciter verſari; nempè communiſsimè, cōmuniter, & propriè; ipſe verò dicit, quòd prius debemus tractare de ipſis maxime communiter, vt in lib. phys. deinde minus communiter, vt lib. de cęlo,& generat: poſtremo proprie,vt in lib. meteo. ipſe optime pręſtat. Quòd autē ſit verum,ex alijs ipſius locis deducitur apertiſſime; vnde, preter illud, quòd habetur in

T.8. primo textu proemij,legitur tertio phys. Poſterior autem de proprijs ſpeculatio ea, quę

de

de communibus eſt. Legitur etiam lib. primo, Eſt.n.ſecundum naturam communia prius dicere, deinde circa vnum quòdq; ꝓpria ſpeculari. Ratio duplex reddi ſolet: altera, quoniam prius confuſa, quàm diſtincta cognoſcimus, & vniuerſalia habẽt rationem confuſi; vt in proprio textu dicitur: altera vero, quoniam quę ſupponũtur premitti debent; ne procedatur per incognita, & inutilis ſępe fiat repetitio. Ex modo procedẽdi eiuſmet philoſophi omnibus ferè in tractationibus facilè colligi poteſt, immo plerunq; ad ea, quę prius dixerat ſe remittens dicere conſueuit ut iam prioribus diximus in ſermonibus Hęc eſt ꝓpoſiti loci plena explicatio à Themiſt. & Theophra. deſumpta, quam ſequutus eſt poſtea Balduinus; vnde mirari non deſiſto, quòd moderni Patauini ſibi eã adſcribant. Solent inſuper nõ nulli ratione loci, quem explicaui, diſcutere in ſuper, quòd nam ſit primò cognitũ ab intellectu noſtro; quam rẽ & ipſe breuiter examinabo, prout dilucidationis exigit natura. Ideo notandum eſt primò, quòd ea, quę a noſtro intellectũ cognoſcũtur, nõ omnia eodem modo ſe habent, quędam.n. per ſe, & immediatè occurunt intellectui; vt ipſa ſenſibilia, quędam vero mediatè.i. per talia ſenſibilia; vnde benè dicitur, quòd nihil eſt intellectu, quin prius fuerit in ſenſu, & quòd

T. 57.

habetur etiam Expreſſe in poſt prędic. cap. de priori

In de ſenſu, & ſenſa. cap. de emi.

& quòd neceſſe eſt intelligentem phãtaſmata ſpeculari. Secundo notandum eſt, duplicem eſſe cognitionem alicuius totius, confuſam ſcilicet, & diſtinctam. Confuſa eſt qua totum percipitur quodam ſimplici conceptu, abſq; in partes penetratione. Diſtincta verò, qua totũ per partes ſuas intelligitur. Et quoniam duplex, ꝓ nunc reperitur totũ nempe actuale, & potentiale; ita tam confuſa, quàm diſtincta cognitio vel actualis, vel potentialis reperitur. Totũ actuale eſt idẽ quod diffinibile; & dicitur totum per comparationem ad ſuas partes eſſentiales, quas actu includit. Totum potẽtiale dicitur magis commune reſpectu minus communis in eadem linea prędicamentali. Cognitio cõfuſa actualis habetur de toto actuali ſimpliciter, & non per partes appręhenſo; confuſa verò potentialis eſt de toto potentiali confuſè appręhenſo .i. partibus non appręhenſis. Cognitio diſtincta actualis eſt, qua totum diffinibile per partes ſuas diffinientes appręhenditur, potentialis verò, qua totum potẽtiale ex ſuorum inferiorum cognitione cognoſcitur. Inter has õnes cognitiones hoc cernitur diſcrimen, quòd actualis confuſa cum actuali diſtincta eiuſdem rei eſſe nõ poteſt, ſicut neq; confuſa potentialis cum diſtincta eiuſdem rei potentiali; licet actualis confuſa patiatur ſecum potentialem con-

fuſam

fuſam, nec non potentialem diſtinctam, ſecundum aliquos. Cernitur etiam hic ordo, vt cognitio confuſa prior ſit, quam diſtincta, & inter confuſas actualis, quàm potentialis, ita ut cognitio actualis alicuius rei prior ſit quacunq; alia eiuſdem rei cognitione. His ita faciliter declaratis, aliorum omiſſis opinionibus, hę pro rei determinatione ponuntur aſſertiones. Prima aſſertio. Poſitis omnibus requiſitis, impedimentiſq; ſublatis, cognitione confuſa actuali, minus vniuerſalia ſunt nobis notiora. Secunda aſſertio. Impedimentis non ſublatis; puta, vel nō ſublata nimia diſtātia, vel ſenſus imbecillitate, quę ſolent eſſe cauſa, vt ſingularia magis vniuerſalium prius ſentiamus; tūc magis vniuerſalia prius cognoſcuntur, quā minus vniuerſalia: Et per has duas aſſertiones crederem inter Scotum, & D. Thomam poſſe poni conciliationem. Vltima aſſertio. Vniuerſaliora ſunt nobis notiora; quoniam in eorum cognitionem facilius deuenitur; cum non tot circumſtantię requirantur ad formandos proprios cōceptus magis uniuerſalium, quot requiruntur ad formandos conceptus minus vniuerſalium: & hoc ſibi vult Ariſt. in loco, quem iam explicauimus: quare magis vniuerſale, ſimpliciter, & abſolutè loquendo, primum cognitum dici debet ab intellectu noſtro. Nec obſtant quę

à Gre

à Gregorio de Arim. pro ſingulare adducuntur. Quando enim dicitur in potentijs ſubordinatis vbi terminatur cognitio inferioris incipit cognitio ſuperioris, & propterea cognitio intellectus incipiet à ſingulari, ubi deſinit potentia ſibi inferior; nempe cogitatiua. Reſpondetur, quòd forma cogitata mouet intellectnm, non ſecundum eſſe, quod habet in cogitatiua; ſed ſecundũ illud quod habet in intellectu, quod eſt vniuerſale; quoniam autem cogitatiua immediatè deſeruit intellectui ideo ſolet aliquando dici cogitatam formam mouere intellectum. Quando dicitur etiam, quòd intellectus non intelligit vniuerſale, niſi abſtrahendo à ſingularibus; & vt abſtrahat, neceſſe eſt, vt cognoſcat. Reſpondetur, quòd intellectus agens, & non poſſibilis eſt, qui facit vniuerſale, & abſtrahendo ſe habet merè naturaliter; non autem eſt cognoſcens. Et ſi dicerent, vti dicunt, quod abſtahens non niſi à noto abſtrahit; reſpondetur; quod ſufficit, vt abſtrahat à noto alijs potentijs inferioribus; nec vllum eſt inconueniens, quoniam inter potentias eſſentialis reperitur dependẽ-
C.36. tia; quare dicit Themiſt. 2. poſt. quòd in inductione pręmiſſę ſunt cognitę à virtute cogitatiua; concluſio autem fit ab intellectu. Vlterius, quando dicitur; quòd eſt primò cognitum ab intellectu non fabricatur ab

ipſo

ipſo : vniuerſale fabricatur ab intellectu, ergo nõ eſt primò cognitũ ab eo. Reſpõdetur, ꝙ maior eſt vera, ſi referatur ad eundem intellectum; ſecus nõ. Et quamuis in inductione, quę diſcurſus etiam nũcupatur premiſſę ſint particulares; dicitur nihilominus, ꝙ tales p̃miſſę cognitę sũt virtute cogitatiua, & concluſio ꝑ intellectũ poſsibilẽ propter eſſentialẽ ordinem inter tales potentias, ſecundum quem vna exeunte ad actum, altera quoq; exit: ita dicit expreſſè ipſemet Ariſt. per hęc verba. Quando intellectus intelligit quantum in vniuerſali, potentia ſenſitiua contemplatur aliquid in particulari. Inſuper, quando dicitur quòd intellectus primò inponit nomina rebus ſingularibus; & cum nullus imponat nomen rebus ignotis, ſequitur quòd res ſingulares primò cognoſcantur ab intellectu. Reſpõdetur, quod ſingulare ſolitariè à sẽſu cognoſcitur; vt vero habet ordinẽ ad vniuerſale ab intellectu percipitur, ſed ſecundariò, ſeu reflexè. Et quando dicit Ariſt. ſecundario libro de ani. quòd virtus cõuenientiam inter aliqua, & differentiam apprehendens, eadẽ virtus ſub rationibus ꝓprijs illa cõpręhendit. Reſpondetur, quòd verũ eſt, ſub diuerſa tamẽ habitudine; hoc eſt, quod intellectus per ſe intelligit vniuerſale, particulare verò per accidens. i. quatenus ipſe eſt fantaſię

in de memori. Et reminiſcen.

T. 146.

vnitus

vnitus; quomodo etiam imponit nomina rebus; ſed hoc alibi melius tractabitur. Vltimò, quando dicitur, quod antequam vniuerſalius formetur, aliquid vniuerſale per intellectum eſt notum in ſuis ſolummodo particularibus, quę primò ab ipſo apprehẽduntur. Reſpondetur quòd vtiq; eſt primò notum, prioritate originis, ſuis inſingularibus, via tamen ſenſus, & non alio modo. Vel, dicitur, quòd vniuerſale pro ſecunda, & non pro prima intentione à particularibus dependentiam habet per operationem noſtri intellectus. Hęc tamen breuiter de tam difficili dicta ſint quęſtione.

Quomodo intelligatur id, q̃ habetur primo lib. poſt.
T.5. *ubi dicitur, Notiora nobis ſunt ſingularia, natura verò uniuerſalia.*
cap. 4.

AVERROES ꝑ ſingularia intelligit in hoc loco cõpoſita ſenſibilia, & eis proxima; ꝑ vniuerſalia uerò cauſas vniuerſales. Fauet ei litera; quoniam dicit, vniuerſalia ſunt remotiſsima à ſenſu; ſingularia uerò ſenſui ꝓpinqua. Et per hoc, ſecundum Auer. hic locus cõciliatur illi, qui habetur primo phys.
T. 4. quoniam ibi, inquit ipſe, fit ſermo de vniuerſali in prędicando, & non in cauſando. D. Thom. & Themiſt. melius ſentientes, inquiunt

unt utrobiq; de vniuerſale in predicãdo uer ba fieri, diuerſo tamen reſpectu; hic enim ad ſingularia comparatur; quomodo, de cognitione noſtra in comuni loquendo, ſingularia ſunt nobis notiora, quoniam cognitio noſtra in communi includit etiam ſenſitiuã, quæ a ſingulari ducit initium. Ibi autẽ magis vniuerſale ad minus vniuerſale comparatur in ordine ad cognitionem intellectiuam ſolummodo, uti magis vniuerſale eſt etiam magis notum: & ſic nulla cõtradictio Alij dicunt, quòd vniuerſale, pro prima intentione poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo, ut eſt quoddam totum, & effectus. i. ut continet ſub ſe ſpecies, quę dicuntur eius partes, & quodammodo cauſæ. & hoc modo eſt notius quoad nos, & conſideratur primo phys. Altero uerò modo, ut habet rationem partis, & cauſę. i. ut aſſumitur in diffinitione ſpeciei; & ita notum eſt quoad naturam, & in hoc loco conſideratur. Nonnulli, deniq; dicunt, quod notius nobis dicitur hoc in loco id, quod cognitione à poſteriori fit nobis notum, eo cõfirmatur, quoniam primo poſt. inter demonſtrationem quia, & propter qd oſtẽditur diſcrimen. In proemio uerò phyſicorum illud nobis dicitur notius, quod cognitione à priori, nobis prius occurrit, quod etiam natura, ſeu uia generationis eſt notius; exigit. n. ordo naturę, ut quę priora ſunt T. 30.

in

in eſſendo, ſint etiam priora in cognoſcendo ſed hęc conciliatio à ſecunda parum diſtat uel nihil, ſi optimè conſideretur.

An Cœli materia ſit eiusdem naturę cum materia horum inferiorum.
cap. 5.

Suppoſito, Cœlũ, ſicut alia corpora naturalia, ex materia, & forma conſtare; ut cõmunis ſupponit opinio, cui hę fauent auctoritates, & rationes. Habetur auctoritas pri
T.30. ma octauo lib. phys. nempe, quòd omne, quod mouetur. Ex ſe .i. intrinſecè. compoſitum eſt ex natura mouente, & mota .i. ex forma, & materia, vt ibidem oſtenditur. Ha
.T12. betur ſecunda, ſecundo lib. meth. dum dicitur, quod neceſſe eſt in omni eo, quod mouetur, materiam intelligere; & ſermo eſt ibi de materia, ut eſt formarum ſuſceptiua; uel ut eſt ſubiectum cuiuſcunq; mutationis. Prima ratio eſt hęc; Quod conuenit generi cõuenit etiam ſpeciei, ſaltem in eſſentialibus ut colligi poteſt ex prima regula antepredi
cap. 3. camẽ. & quarto top. habetur expreſſe, quod ſpecies, & indiuiduum participant naturam generis; licet prior immediatè; poſterius uerò mediatè. Sed corpus de prędicamento ſubſtantię eſt genus vniuocum ad corpus cęleſte, & alia corpora naturalia; ſecus enim

cęlum

cęlum non eſſet in aliquo predicamento, quod nullo modo dici poteſt; & eſt compoſitum ex materia,& forma, ut iam probatū eſt, ergo cęlum ex materia conſtat. Secunda ratio ita erigitur. Vbicunq; reperiuntur accidentia materiam conſequentia, ibi etiam materia reperitur; quoniam forma ſimplex accidentium naturalium ſubiectum eſſe nō poteſt, alioquin ſubſtantia ſeparata accidentium materialium eſſet ſubiectum. Sed in cęlo reperiuntur accidētia materialia; nempe quantitas, raritas,& denſitas. Ergo ibi etiam reperitur materia. Nec obſtat, ſi dicatur, quòd ſi in Cœlo eſſet materia, etiam ipſum eſſet corruptibile; cum materia ſit ea, per quam res poteſt eſſe,& non eſſe. Reſpondetur .n. quód materia non eſt cauſa contingentię .i. quòd res poſsit eſſe, & nón eſſe, & per conſequens quòd ſit corruptibilis; ſecundum ſe; ſed quatenus habet ſibi priuationē annexam. Manifeſtatur per illud, quod primo phys. habetur; cum dicitur; ſubbiecta quidem natura .i. materia, vna cū forma, ſicut mater, cauſa eſt eorum, quę fiunt: altera verò pars contrarietatis .i. priuatio, multoties imaginabitur ad maleficium .i. corruptionem, ipſius. Et quoniam in his tantum modo inferioribus talem habet ſecum priuationem; ita in his ſimiliter ſolummodo cauſa eſt corruptionis, quod clariſsimè de-

7. met. T. 53.

T. 80.

B monſtra-

T. 31. uit Ariſt. ſecundo de gene. ita dicens, Materia in generabilibus eſt cauſa, quòd poſsibile ſit, & non ſit: ubi etiam oſtendit materiã extra generabilia quoq; reperiri; in cęlo, ſcilicet, has propter neceſsitates. Primò quoniam quęlibet forma naturalis dat eſſe corporeum; ſecus .n. Ariſt. non haberet intentũ
T. 2. ſecundò de anima, ubi dicit, forma eſt, per quam materia eſt hoc aliquid .i. ut ex ipſa concomitanter fiat compoſitum naturale, per ſe ſubſiſtens, & corporeum. At in cœlo reperitur forma naturalis, nullo diſſentiente, ergo ibi reponi debet materia, quę tale eſſe recipiat.
T. 32. Secundò, inquit Ariſt. primo de generat. quód impoſsibile eſt materiam ſeparatam eſſe à magnitudine, ergo nec magnitudo, naturaliter loquendo poteſt eſſe ſine materia. Probatur conſequentia; quandocunq; .n. duo ita ſe habent, ut vnum ſine altero eſſe nequeat, nec alterum ſine ipſo eſſe poterit; ut de riſibile, & homine contingit et de duobus in eadem linea prędicamentali ſubalternatis; clariſsimum eſt enim quòd inſerius non poteſt eſſe ſine ſuperiori, nec ſuperius ſine omni inferiori; ſaltem quantum adeſe exiſtentię; quomodo inteligi debent Ariſt. & Porph. dicentes; deſtructis primis ſubſtantijs, impoſsibile eſt, &c. & quòd genera interimunt ſpecies; non autem è contra. In Cœlo autem reperitur magnitudo;

cap. de ſubſt. in pdicam. in cõmuni. cõparãdo gñs ad ſpeciem.

uide-

videmus.n.ſphęram inferiorem à ſuperiori localiter circum ſcribi, quod contingit ratione dimenſionum, quas habent, propterea dicebat philoſophus quarto libro phys. quòd locus eſt ęqualis locato, loquendo de loco proprio, ſeu primo,& immediato;non autem de loco communi;& iam patet in categorijs, quòd aliquod dicitur ęquale alicui ratione dimenſionũ, uel magnitudinis. *cap. de quãtita. in fin.* Determinat etiam philoſophus eodẽ quarto phys.contra Zenonem, non omne, quod eſt,in loco propriè reperiri,ſed ſolummodò corpus, ueram includens magnitudinem;p ea,quę dicuntur primo libro de Cęlo, ubi probatur,ulterius,cęlum eſſe quintum corpus ſimplex,pręter quatuor elementa.ſequitur, propterea, manifeſtiſsimè in Cœlo rei periri materiam. *T. 28.* *T. 69. & à T. 5. uſq; ad T. 17. exclusiuè.* Nec obſtat, ſi dicatur inſuper, Vbicunq; nõ eſt tranſmutatiò, ibi nõ eſt materia. In Cœlo non eſt tranſmutatio, Ergo in Cœlo non eſt materia. Minor eſt clara, loquendo de tranſmutatione; pręter motum localem; cęlum namq; non eſt alterabile,neq; generabile, neq; corruptibile: neq;augumentabile, uel diminubile: & nõ dantur alię ſpecies tranſmutationis, quare falſitas conſequentię dependet ex falſitate maioris. Dicitur ergo ad maiorem propoſitionem; quòd eſto, tranſmutationem eſſe medium inueniendi materiam; ut optime *in post predic. cap. 4.*

ſeruauit Ariſt. primo phyſ.& pręcipuè quan
T.69. do dixit , materiam cognoſcibilem eſſe per
analogiam ad formam.i. propter neceſsita-
tatem formę ſuſceptiui, & à poſteriori ; ſem
T.62. per .n.id,quo fit quicquid naturaliter fit,ſu-
bijci oportet: non ſequi, ꝓpterea, quòd ubi
tranſmutatio non eſt , neq; materia reperia
tur;non eſt.n.tranſmutatio materię ſimpli-
citer adęquatus effectus; ſed ratione apeti-
tus à priuatione originem ducentis; quare
materia cum priuatione eſt cauſa adęquata,
T.60. vel ſubiectum tranſmutationis. Suppoſito
& 64. inquam,per ea,quę ſupra,materiam in Cœ
lo reperiri,ad quęſitum hac deciſiua reſpon
detur aſſertione. Materia Cœli , horumq;
inferiorum ſunt eiuſdem naturę.i. eſſentię ,
uel ſpeciei:& non eiuſdem generis analogi,
8. de ge- uel ęquiuoci;ut alij sūt arbitrati. Huic meę
nerat cō. ſubſcribuntur ſentētię Philop. Auic.& Egi
41. 1. li. dius de Roma,alijs multis omiſsis,& in pro
ſuę ſuffici prio quęſito optimè de hac re diſputat Egi-
cap.4.2. dius. Accedit prima ratio; in pura poten-
ſent. diſt. tia nulla reperitur diſtinctio ; cum actus ſit
12 cauſa diſtinctionis. Sed materia Cœli , at-
7.met. que inferiorum eſt pura potentia. Igitur in
T, 49. eis non reperitur eſſentialis diſtinctio.Con
trariam partem tuentes ad hanc rationem
duo dicunt:quód,ſicut materia diſtinguitur
à forma; quoniam forma eſt actus; & mate-
ria eſt potentia;ita ſufficit inferiorum mate-

riam

riam à cęli materia diſtingui; quoniam in potentia hęc, in actu uerò illa per ſe ipsā reperitur: & quòd compoſita dicuntur diſtingui inter ſe; non autem ſimplicia, quę potius dicuntur inter ſe primò diuerſa. Vt autē ratio in ſuo robore maneat; dicimus hęc apud Ariſt. friuola eſſe; habet. n. ipſe, ad verbum, primo de generatione, quòd materia, ut materia, eſt paſsiuum: & octauo met. non eſt ens actu, & loquitur ſemp de materia in communi; ſed poteſtate in hoc aliquid: & eodem libro, quòd materia prima communis eſt omnibus naturalibus corporibus; nō datur ergo aliqua materia, per Ariſt. per ſe ipſam in actu, à qua alia, quę dicitur in potentia, ualeat, ut ſic, ſeparari. Vlterius, ſimplicia, ſeu principia vel ſunt formalia, uel materialia: ſi formalia comparentur inter ſe, uel cum materialibus; utiq; ſeipſis diuerſificantur: at ſi materialia cum materialibus conferantur, minimè; cum in fundamento naturę, ex communi omnium philoſophorum conſenſu, nulla reperiatur diſtinctiò. Secunda ratio, ſi Cœli, & inferiorum materia ratione differrent, à primo ente nō ęqualiter diſtarent; quoniam, ſicut numeri non ęqualiter diſtāt ab vnitate, ita ſpecies entiū à primo: & tunc altera eſſet altera perfectior quia propinquior primo enti; quod dici nequit, cum utraq; ſit in pura potentia; &, per

T. 55.

T. 4.

T. 10.

8. met.

T. 10.

conſequens eiuſdem rationis. confirma-
cōfeſſ.17. tur per illud D. Aug, Duo feciſti Domine;
alterum prope te.i.naturam Angelicam:al-
terum prope nihil .i.materiam primã. Ad
mittunt aduerſarij alterã ex dictis materijs
nempe cęleſtem, altera perfectiorem eſſe;
nec non actus magis participem;ſed hoc iã
li. 1. de confutatum eſt, & Alexandro Aphrod. poſt
ani.c. 2. Ariſt. primò inter noſtrates apertè repugnat
aſſeréti materiam,que propriè, & ſimplici-
ter materia dicitur,omnino informem eſſe,
&omni actu carere. Dicunt etiam,quòd ſi
cut in quolibet alio cauſarum genere dan-
tur gradus perfectionis; ita dari debet in ge
cap. de nere cauſę materialis. Videre debebãt Am
diff. moni.ſuper Porph.dicentem perfectionem
quãlibet eſſe à forma: Porph. ipſum in fine
dicti capitis,aſſerentem differentiam ulti-
mam, quę non eſt niſi actus, ultimatè rem
T.81. perficere: & Ariſt. primo phys. qui ma-
teriam circumſcribens in communi ſtatuit
materiam de ſe appetere formam,ab illa vt
perficiatur. Concedimus igitur materiam
vnam altera perfectiorem dari; non tamen
de ſe,verum ratione formę incluſę.i.diſpoſi-
tionum,quę forme, ſi non ſimpliciter;reſpe-
ctiuè ſaltem rationem habet: & hoc innuit
T.11. philoſophus octauo met. inquiens, aliàm eſ-
ſe materiam phlegmatis, nempe dulcem,
&craſſam, aliam uerò colerę.i.amaram;nec
dubium

dubium eſt, vniueſaliter loquendo, pręſtantiorem formam pręſtantiorem quoq; materiam.i.nobiliori modo diſpoſitam exigere; ut patet de anima noſtra in genere animatorum. Tertia ratio, quę ſecundum magnitudinem comparantur, in materia communicāt: ſed cœlum; & inferiora ſecundum magnitudinem comparantur; cum ſolem dicamus eſſe maiorem tota terra; communē igitur materiam habent. Ad hoc dicunt aduerſarij, ꝙ eo modo, quo cœleſtia, & inferiora in magnitudine, etiam in materia conueniunt.i.nō uniuocè, ſed analogicè; ſi naturaliter conſiderentur. Quòd autem in magnitudine vniuocè conueniant, ita clarè oſtenditur. Quantitas continua eodem modo de utraq; magnitudine predicatur.i. ſecūdum nomen, & rationem; ut ex Ariſt. colligi poteſt, ergo vniuocè inter ſe conueniunt; ſicut homo, & leo in animali. Nec obſtat, quòd altera magnitudo ſit corruptibilis; altera uerò minimè; cum hoc non eſſentiam, ſed modum ineſſendi conturbet. i.quoniam illa ineſt in materia, quæ; cum priuatione careat, corruptionis cauſa minimè eſſe pōt; & ideo permanēter ineſt; hæc uerò oppoſito modo ineſt, & ideo non permanenter; ineſſe autē permanenter, uel non permanenter naturā rei non mutat; ut de nigredine reſpectu corui, & parietis apertiſsimè patet. Vltima ratio,

4.*phyſ.* T.84. & 2.*de gene* T.37.

in catagorijs cap. de quantitate.

tio, Omne corpus eſt corruptibile, Cœlum eſt corpus, ergo corruptibile. Cum ſit clara minor, maior ita probatur pro Philopono, cuius eſt ratio, ut teſtatur Auer. nullum corpus habet infinitam potētiam, ſupple in duratione, ergo quodlibet eſt corruptibile. Cū igitur cœlum ſit corruptibile, eādem habet materiam his cum inferioribus, quę cauſa eſt corruptionis. Petentibus poſtea aduerſarijs quare cœlum nō corrumpatur? Dicitur primò, quoniam eius forma non habet contrarium: quādo verò inquit Ariſt. quód omne, quód corrumpitur, ex ſubiecto, & contrario corrumpitur: & quòd ubi materia, ibi de neceſsitate contrarium .i. priuatio quoq; reperitur. Reſpondetur non propterea ſequi materiā de ſe cauſam eſſe corruptionis, immo ſolummodo ratione priuationis; in primo namq; loco uult habere, quòd tria de neceſsitate requiruntur ad corruptionē; ſubiectū, terminus ad quē, & terminus à quo .i. priuatio, quę dicitur cōtraria termino ad quē; ergo ubi nō reperitur forma contraria licet inueniatur materia, neq; corruptio reperitur. In ſecundo uerò loco accipit materiam, nō in potētiæ ratione ſimpliciter, ſeu metaphyſicè, ut in ꝓpoſito ſumi debet; ſed in ratione phyſica .i. in ratione potētiæ trāſmutabilis, quomodo concedimus, quòd ubicunq; eſt materia, etiam priuatio reperitur

8. phys. com. 79. 8. phys. T. 79.

1. cęl. T. 20. in de longitu. & breuit. vitę.

Dicitur

Dicitur ſecundò, quòd corruptibilitas competit Cœlo ratione ſui generis .i. ut corpus eſt; non autē ratione ſpeciei .i. ut tale corpus eſt; & ideo mirum uideri non debet, ſi non corrūpitur; ſicut mirū nō eſt quòd homo, ut animal ſit ōnino corruptibile, & tñ, ut tale animal, nō corrūpatur, niſi quātū ad corpus Sed iam rationes, & auctoritates ſuis cum reſponſionibus, principaliter contra poſitā aſſertionem ſunt afferendæ. Eſt igitur, prima ratio; Illorum non eſt vna materia, quę ita ſe habent, quòd vnius materia non eſt in potētia ad omnem formam, ad quam alterius materia eſt in potentia; Huiuſmodi ſunt corpora cęleſtia, & hęc inferiora: ergo, &c. Huiuſmodi argumentū nihil concludit; quoniam: per idem probari poteſt materiam vnius cęli nō eſſe eiuſdem rationis cum materia alterius cœli; quod nihilominus nec aduerſarij dicerēt. Secūda ratio, ſicut variatur potētia, ita etiā materia; ſed cęlū habet ſolummodo potentiā ad vbi; inferiora verò ad eſſe, ergo, &c. Reſpondetur; quòd, cum talis potentia ſit ſolummodò quędam illius carentia, reſpectu cuius dicitur potentia, nō eſt de eſſentia materię; quare non eſt opus propterea multiplicare materiam eſſentialiter. Tertia ratio, ſi materia cęli eiuſdem eſſet rationis cum inferiorū materia; ſaltem aliam formam ab illa, quam habet recipere poſ-

te poſſet, quod eſt falſum. Reſpondetur quód ſuperiorum, & inferiorum materia dicuntur eiuſdem rationis per abnegationem formæ, ideſt quód ſi, per impoſsibile, omnes formæ deſtruerentur; non eſſet, niſi tantũ vna materia; non autem quantum ad modum recipiendi formam ideſt cum annexione contrarij, vel non; hic fit etiam manifeſtum, quare forma cœli ſatiet complete appetitum ſuæ materiæ, anima ueró humana, non, quoniam illa vnitur materiæ medijs diſpoſitionibus, quibus nulla eſt qualitas contraria; hæc autem, licet nobilior ſit, coniungitur materiæ mediantibus qualitatibus, quibus naturaliter ſunt qualitates contrariæ. Potiores verô auctoritates

T. 26. hæ reperiuntur. Habetur .n. decimo met. quód corruptibile, & incorruptibile differut genere naturali; & per conſequens non habent eandem materiam, vt ibi dicitur ex-

T. 87. preſſè. Primo de generatione, quæ inuicẽ non tranſmutãtur, ueluti ſunt cæleſtia, & inferiora corpora, eandẽ materiam non habẽt

T. 10. Duodecimo met. quód ſempiterna materiã generabilem non habent, vti corruptibilia:

T. 12. & octauo quód ſempiterna, vel non habent materiam, vel non talem, &c. Ad omnes ita breuiter reſpondetur, quòd aliud eſt conſiderare materiam eſſentialiter; aliud verò accidentaliter. i. quantum ad modũ recipiẽ-

di formam: primo modo eſt eadē, ſecundo verò non. Eo melius manifeſtatur, quoniā omnibus formis circūſcriptis, & modis etiā ipſas recipiendi; nempe cum priuatione annexa, vel non, vnica tantum eſſentialiter materia remaneret, Sed ꝓpter varios modos recipiendi formas, videtur diuerſa materia. Ita etiam intelligi debēt Themiſt. Alex. ſimpli. & alij, quorū dicta breuitatis cauſa omitto. Hęc autem, in re tam difficili quę dicta ſunt, nullum robur habere uolo contra D. Tom. quem ſēper, etiam uti Doctorem, magni faciam; ſed ſolummodo contra modernos Patauinos in eadē quęſtione poſtremò ſcribentes.

Quomodo intelligatur quod ab Ariſt. dicitur primo poſt. Vna autem ſcientia eſt vnius generis ſubiecti. T. 42.
cap. 6.

HIc locus prębet occaſionem videndi per quid ſcientię diſtinguātur eſſentialiter; ſed antequam huius rei ad dilucidationem deueniamus, quot modis, & quomodo in preſenti loco ſumatur ſubiectū, eiuſq; cōditiones diſtinctè videbimus. Subiectū, igitur, his potiſsimis modis ſumitur apud philoſoph. Primò ꝓ ſubiecto propoſitionis. i. pro eo, de quo aliquod enunciatur. Se- *1. prior. cap. 1.*

cundò pro denominato, ſeu pro ſubiecto
1. regu. prędicationis.i.pro inferiori reſpectu ſui ſu
āte p̄dic. perioris in recta linea; vt eſt homo reſpectu
2. de ge- animalis. Tertiò ꝓ eo, cui aliqua ineſt for-
ne. T. 7. ma accidentalis, vel ſubſtantialis; ſed ſu-
2. diuiſ. biectū primę eſt ens inactu, & dicitur ſubie
ante prę- ctum inhęſionis; ſubiectum verò ſecundę
dic. eſt ens in potentia, & propriè dicitur ſubie-
7. met. ctum tranſmutationis. In propoſito ſumitur
T. 44. pro eo, quod eſt primum ſcibile in aliqua
1. phyſ. ſcientia, & ſubiectum ſcientificę conſidera
T. 96. tionis dici conſueuit. Hoc idem dici ſolet
82. & 5. materia circa quam, in quātum de ipſo ſim
T. 7. plex habetur notitia. Obiectum in ſuper;
vt actum terminat diffinitiuum. Subiectū
deniq; vt paſsiones de eo demonſtrantur.
Alij ponunt diſcrimen inter obiectum, &
ſubiectum; nempe; quòd obiectum, eſt cō
plexum .i. concluſio demonſtrationis, ſub-
iectum verò eſt incomplexum.i. ſuppoſitū,
vt logici inquiunt, eiuſdem concluſionis.
Nunc promiſcuè ſumantur, niſi dicere uelli
mus, quòd duplex eſt obiectum, de quo eſt
ſcientia.i.ſubiectum ſciētię; & eſt incomple
xum; ſiue ſecundum rem, ſiue ſecundum in
tellectum; quia ſemper pertinet ad primam
operationem intellectus, quę eſt ſimpliciū
appręhenſio: vel eſt obiectum quod.i.quod
1. poſt. ſcimus, & hoc eſt ſemper complexum.i.con
T. 7. cluſio demōſtrationis; & ad huc eſt duplex,
nempe

nempe proximum; vt ipſa concluſio in voce, vel in mente & remotum, vt eius ſignificatũ: poſteriori omiſſo, de priori eſt ſermo, quod eſt duplex. i. proprium, & adęquatum, quod alio nomine dicitur ſubiectum attributionis, vel communitatis: & minus propriũ, vel ſecunda rium. Subiectum proprium alicuius ſcientię eſt id, quod ita in illa conſideratur, vt eodem modo in alia conſiderari nõ poſsit. Dicitur adęquatum; quoniam nec ad plura, nec ad pauciora, quàm ſcientia, ſe extendit. Dicitur attributionis; quoniam quęcunq; in illa ſcientia conſiderantur, ad ipſum habent attributionem ratione ſuę cõtinentię; cum omnia, quę ibi conſiderantur, contineat, & de omnibus in recto, vel in obliquo prędicetur; qua etiam de cauſa comunitatis ſubiectum etiam nũcupatur. Subiectum ſecundarium illud appellatur, quod non per ſe primò, & per omnem modum in illa ſcientia conſideratur; vtiq; ſecundariò, & ſecundũ quid; quare materia, quàm ſubiectum conuenientius nuncupatur; ſicut.n. in natura nullam tribuit materia actualitatem rei; ita nullã in arte actualitatem à ſubiecto ſecũdario ſciẽtia capit; ſed vtiq; à primario. Diuiditur ſecundarium in magis, vel minus principale magis principale eſt, quod inter alia, quę in ſciẽtia tractãtur, primũ dignitatis locum obtinet; minus verò principale

ad ipſum ordinatur. Adęquati hę ſunt, diſtinctè loquendo, conditiones. Prima, vt ſit ens; quoniã de non ente non eſt ſcientia. Secunda, vt ſit intelligibile, quoniã ſcientia eſt habitus intellectualis. Tertia, quòd ſit vniuerſale; quoniam de ſingularibus, vt ſic, non eſt ſciẽtia. Quarta, quòd ſit primò notum, & maximè notum; quia quod eſt primò tale debet eſſe maximè tale, & per conſequẽs ratio cognoſcendi õnia alia. Quinta, quòd habeat partes aliquo modo: vel ſecundum actum, vt homo: vel ſecundum aptitudinem, vt fenix: vel ſecundum non repugnantiam; vt ſol, & intelligentię. Sexta, ꝙ habeat principia propria; quoniam ſcientia habetur per demonſtrationem, quę per propria; non autem per communia procedit. Septima, quòd paſsiones habeat, quę de ſubiecto in demonſtratione concluduntur; licet, per paſsiones quodcunq; predicatum demonſtrabile intelligere valeamus. Octaua, quòd de eo pręcognoſcantur quid, & q a .i. ipſum eſſe, & quid eius nomen importet: vbi concedunt nonnulli ſcientiam aliquam probare ſuum ſubiectum eſſe, à poſteriori; vel à priori ſub alio habitu; vt cernimus feciſſe Ariſt primo phys. alijsq; in locis contra veteres philoſophos. Ad id, quod proponitur, iã reſolutè dicitur, quòd ibi Ariſt. explicat requiſita ad hoc, quòd aliqua ſciẽtia

1. poſt. T. 5.
6. eth. cap. 3.
7. mat. T. 53.
1. poſt. T. 5.
1. poſt. T 12.
2. poſt. T. 2.
1. poſt. T. 2.

tia dicatur vna; nempe, quòd ſit vnius generis ſubiecti, de quo proprias paſſiones oſtendat, per propria principia. Dicit, vnius generis ſubiecti, ſupple, non ęquiuoci; ſed vniuoci, vel analogi. Et quoniam tale ſubiectum poteſt eſſe commune pluribus ſcientijs, ſaltem ſubalternatis, ideo ſubdit, ad unitatem ſpecificam; quòd proprias .i. ſpecificas paſsiones, & non genericas: per propria, ideſt immediatè ſimpliciter oſtẽdere debet. Ratio eſt, quoniam premiſſę demonſtrationis debent eſſe neceſſarię, eſſentiales, & ſecũdum quòd ipſum: ex quibus emanat concluſio itidem ſecundum quòd ipſum; vt in hac demonſtratione clariſsimè apparet. Omne corpus conſtans ex materia, & forma habente contraium eſt corruptibile; aqua eſt eiuſmodi, ergo eſt corruptibilis. Nec ponit ibi philoſophus diſcrimen inter ſcientiã; prout dicit habitum vnius concluſionis demonſtratę, & methodum, in qua multæ fiunt demonſtrationes, vno tamen nomine denominatę ob conueniẽtiam cum ratione formali ſubiecti adęquati talis methodi; vt ſunt omnes demonſtrationes factę in philoſophia naturali ſub ratione alicuius ſpeciei mobilitatis; dato ꝙ mobilitas ſit ratio formalis adęquati ſubiecti in tali ſcientia. Vbi notandũ, quòd in ſubiecto cuiuſq; ſcientię reperitur aliquod materiale, & aliquod formale: materiale

1. poſt. T. 11.

6. eth. cap. 3.

1. phyſ. T. 1.

teriale eſt res cõſiderata, vel id,ubi formale recipitur, quod non eſt aliud, niſi quiditas, vel ratio,qua materiale cognoſcitur. Hac ſimilitudine fit notum : inſubiecto viſus,materiale eſt corpus, formale veró.i.ratio, qua corpus eſt viſibile, eſt color; quoniam aliquod, in quantum eſt coloratnm, cad it ſub viſum. Vnde fit etiam notum,quód materiale conſideratur per accidens; formale verò per ſe : & quoniam illa, quę ſunt per ſe, faciunt ſolummodo eſſentialiter differre,ſicut etiam conſtituunt; ideo vnitas obiecti, quãtum ad formale,efficit,quòd aliqua ſcientia dicatur vna: & diuerſitas,quód ab alijs eſſentialiter, vel ſpecificè diſtinguatur, quod illis tribus circumſcripſit philoſophus. Poſſumus, magis diſtinctè procedẽtes circa ſcientiarum diſtinctionem breuiter ita dicere. Quantum ad numericam diſtinctionẽ dicitur,quòd diſtinguuntur ad ſubiectorum diſtinctionem, in quibus recipiũtur, vti cõtingit de alijs formis accidentalibus. Quãtum ad diſtinctionem genericam dicitur, quòd diſtinguuntur per diuerſitaté rerũ, & abſtractionũ ſimul,vt patet de metaphyſica mathematica, & phyſica; varias .i.res conſiderãt, varièq; abſtrahunt. Quantum ad diſtinctionem ſpecificam dicimus, quòd illę ſcientię ſpecie diſtinguuntur, quę ſunt de eadem re, quantum ad materiale; non autem

ex 2.diui. in ante p̃ dic.

3.de ani. T.38.& 6.met. T.2.

autem quantum ad formale, vti dictum eſt, vtq; de perſpectiua, & geometria patet: nec non illæ, quę ſunt de rebus ſpecie diſtinctis, quantum ad materiale; non autem quantũ ad formale, vel modum conſiderandi; patet hoc de varijs habitibus atoma ſpecie diſtinctis in qualibet illarum, quę genere diſtinguuntur.

Quomodo intelligatur diffinitio materię, quę habetur ſecundo de ani. & octauo met; ubi dicitur, quòd materia eſt ſubſtantia in potentia. T. 2. T. 3.

cap. 7.

QVATVOR per ordinem in preſenti faciã dilucidatione. Primò quot ſoleat nominibus appellari materia. Secũdò quot habeat diffinitiones, & quomodo illę inter ſe differant oſtendã. Tertiò propoſitã diffinitionem explicabo. Quartò, & poſtremò, ob clariorem dictorum notitiam, an potentia de eſſẽtia ſit materię, per quã breuiter examinabo. Quantum ad primum, non ſumitur hic materia pro alicuius libri argumento; iuxta illud Horatij,

Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis, ęquam Viribus &c. Nec pro materia circa quã aliqua verſatur potentia; vti ſupra. Sed pro materia, ex qua aliquod conſtituitur, quę du-

plex eſſe poteſt;aut enim aliquã includit for mã, & dicitur materia ſecũda:aut omnẽ ex cludit formã,& dicit materia prima,de qua præciſe eſt intentio hic per tractandi. Hęc igitur his ſolet à philoſophis nominibus appellari. Mater in primis, quoniam; ſicut actione viri per virtutem ſeminis ex vtero matris filius ibi conceptus educitur extra; ita de eius potentia forma educitur ad actum per agens naturale,quod ipſam trãſmutat, atq; diſponit. Dicitur etiam, materia; quoniam naturalia cuncta in ipſam deniq; reſoluuntur. Deinde dicitur, hyle; cum ſit in potentia ad recipiendam formam. Dicitur,& ſubiectum; quoniam ſubijcitur, & ſubſtat formę. Vocatur, maſſa; quia de ſe indiſtincta eſt; diuerſificatur autẽ in ſubſtantijs compoſitis diuerſitate formarum. Appellatur, origo; quoniam ab ea eſt motus,per quem res naturalis producitur, & ipſa motibus omnibus pręſupponitur. Dicitur, elementũ; quoniam eſt principium intrinſecum, primum in compoſitione,& ultimum in reſolutione; ad ipſam enim ſtat reſolutio, ipſa uerò in aliud minimè eſt reſolubilis. Solet etiam appellari, ſylua,propter ſui ad multiplicem formarum receptionem indeterminationem, uel confuſionem; ut euenit de lignis, donec ſunt in ſylua, reſpectu formarum artificialium. Nec non,femina

1. phyſ. T.81.

ex Ariſt varijs in locis,& ex bonis auctorib.

mina, propter ſui imperfectionem, & indigentiam; ſicut enim fęmina non poteſt concipere prolem, vnde aliquo pacto perficitur, niſi actione uiri, uel maris auxilio; ita materia indiget agente, ut formã, qua perficitur, de ipſius potentia educat. Conſueuit deniq; dici turpe, & fraus latens in tenebris. Primum dicitur ratione priuationis annexę; ſicut enim forma pulchritudinem; ita priuatio coniuncta materię turpitudinẽ dicit. Secundum uerò; quoniam nos decipit credentes eam diu ſub aliqua forma permanſuram, ſub qua tamen non permanet. Tertium poſtremò; quoniam cum ſit pura potentia, de ſe ignota eſt, vnde ſi materię naturam cognoſcere uolumus, ens quoddã oportet intelligere priuatum forma, & ad illam aptum natum recipiendam. Quantum ad ſecundum, tres inuenio materię precipuas diffinitiones varijs in locis ab Ariſt. traditas. Prima ponitur primo phys. ubi dicitur, Materia eſt primum ſubiectum vniuſcuiuſq; ex quo fit aliquid, cum inſit, non ſecundum accidens. Ponitur, ſubiectum, loco generis, in quo materia conuenit cum alijs potentijs paſsiuis, quarum vnaquęque ſubiectum dici ualet; licet per idem ab alijs tribus cauſis diſtinguatur, ad rerum naturalium generationem neceſſariò concurrentibus; cum ipſarum nulla ſubiectum dici

1. phyſ. T. 81.

T. 82.

queat. Dicitur poſtea, primum; ut materia prima ſeiungatur à ſecunda, quę non poteſt dici primum ſubiectum; cum in priorem reſoluatur. Vniuſcuiuſq;, ſupple, formę ſub ſtantialis, quę per generationem acquiri poteſt, & immediatè. Additur, ex quo fit ali qd cũ inſit, ut à materia alterationis diſtinguatur; quoniam materia prima eſt pars ſubſtantię ſenſibilis, quę ex materia, & forma cõponitur: & non corrumpitur in genera tione ipſius, ſed realiter remanet: alteratio nis uerò materia nõ eſt pars ſubſtantię, quę generatur, nec manet in ipſa; ſed ad eius generationẽ corrumpitur; ut de cibo patet reſpectu carnis, uel ſanguinis. Ponitur ulti mò, non ſecundum accidens; ut à priuatione differat: res namq; naturalis ex materia
1. phys. per ſe, ex priuatione uerò per accidens fit;
T. 75. nam materia, & non priuatio eſt pars eſſentialis rei naturalis. Secunda diffinitio habetur in locis in principio relatis, ſed expreſſè
T. 3. octauo met. ubi dicitur, Eſt autem ſubſtantia quod ſubijcitur alicui quidem materia: materiam uerò dico, quę non hoc aliquid ens actu, poteſtate autem eſt hoc aliquid; ac ſi diceret, materia eſt ſubſtantia in potentia. Vtrobiq; probatur deinde materiã eſſe ſub
d T. 7. ſtantiam; ſed clarius ſecundo phyſ. ubi ex cõ
ad 11. muni omnium conſenſu demonſtratur materiam naturam .i. ſubſtantiam eſſe. Quòd

autē ſit in potētia, ita manifeſtatur. Subſtātia aut eſt incorruptibilis, aut corruptibilis: incorruptibilis aut eſt ſpiritualis, ut intelligentię, aut corporalis; ut cęlū, & elemēta, quę, ſaltem ſecundum totum, ſunt incorruptibilia; licet ſint cōpoſita prima cōpoſitione. i. ex materia, & forma ſimplici. Corruptibilis, aut eſt compoſita, quę dicitur ens actu: aut eſt forma, quę dicitur actus: aut eſt materia quę dicitur potentia. Confirmatur per ipſummet Ariſt. præter loca iam relata, primo de gener. dicentem, Materia, ut materia, eſt paſsiuum. Subſcribitur apertè Simpli. primo phys. inquiens Materia, in ſeipſa conſiderata, eſt potētia omnia; actu uerò nihil. Tertia diffinitio habetur ſeptimo met. dum ita legitur, Dico autem materiam, quę ſecundum ſe, nec quid, nec quantitas, nec aliud aliquid dicitur, quibus eſt ens determinatum. Senſus eſt, quòd materia ſecundum ſe, & non ratione compoſiti, non eſt aliquid eorum, quibus eſt ens determinatum; ideſt materia ſecundum ſe, non habet eſſe determinatum; licet utiq; ut in compoſito reperitur: & ideo non reponitur, ſecundum ſe, in aliquo predicamentorum, quibus eſt ens determinatum. i. diſtinctum per eſſe formale; vnde, cum materia non habeat eſſe formale de ſe, ideo de ſe non eſt in aliquo predicamento; ſed utiq; reductiuè. i. ratione compoſiti,

2. de ani. T. 2.

ſup T. 1.

T. 8.

T. 8.

ſiti, ut dictum eſt. Addit Ariſt. neq; priuationes horum; ſed ſubſtantia; cui hęc omnia.i. formę, ipſarũq; priuationes inſunt ex accidenti.i.pręter eius aſſentiã. Totius hic eſt breuis diffinitionis ſenſus. Materia non eſt ens determinatum, ſicut compoſitum: nec in ſua eſſentia includit aliquã formam, uel priuationem. Quantum ad tertium; differunt primò iam datę diffinitiones; quoniam priores duę per affirmationes aſſignantur; poſtrema uerò per negationes. Secundò differunt, quoniam prima materię conuenit, non abſolutè; uerum quatenus ad generationẽ cõcurrit; ſecũda uerò ſimpliciter .i. quatenus aliquo pacto naturam explicat materię, ut ſic conſideratę.i.quatenus ab alijs diſtinguitur. Tertiò differunt; quoniam ultima dependet à prima; ideo.n.cognoſcimus materiã nõ eſſe quid, neq; quale neq; quantum; quoniã iam compertum eſt ipſam ſubiectum eſſe tranſmutationis.i.priuationis, & formę receptiuam eſſe. Vltimò differunt; quoniam extremę traduntur à poſteriori; media uerò à priori. Sed quomodo differt prima ab ea, quę habetur ſecundo
T. 28. phys. ubi dicitur, Vno quidem modo cauſa dicitur, ex quo fit aliquid cum inſit. Reſpondetur quòd hic diffinitur, ut eſt principium, & natura rei generatę in eſſe naturali; primo uerò phys. ut eſt principium generationis.

tionis. Quantum ad vltimum, quid nomine materię intelligendum ſit, iam patet. Diſtinguunt non nulli inter poteſtatem, & potentiam; poteſtatem ad cauſam efficientem; potentiā vero ad cauſam materialem referentes: alij dicunt, quòd potentia eſt indifferens ad eſſe, & non eſſe; poteſtas uerò eſt potentia ſtās per incohationem actus: ipſe tamen reperio Ariſt. de vtraq; promiſcuè loquutum fuiſſe; ſatis eſt, quôd in propoſito ſumitur pro eo, quo aliquod eſt aptum natum recipere, uel pati. Per eſſentiam, non niſi quiditatem, uel intrinſecam naturam intelligere ualemus. His ita determinatis, hęc ponitur concluſio. Potentia eſt de eſſentia materię.i.materia prima eſſentialiter eſt pura potentia, uel ſubiectum ad recipiēdas ōnes formas. Supponitur, ante probatiōnes, formā ſubſtantialem recipi in materia nuda nullo medio accidente, & hoc ſecundū Ariſt. octauo met. ubi docet non eſſe opus uinculo aliquo, quo ex materia, & forma fiat vnum per ſe. Prima probatio; ideò ex materia, & forma, ſecundum Ariſt. fit vnū per ſe, quoniam materia eſt potentia, & forma eſt actus. Sed illud, ex quo aliqđ fit vnū per ſe, eſt eſſentia tum materię tum formę. Ergo materia eſſentialiter eſt pura potentia. Confirmatur, quoniam; ſicut forma eſſentialiter eſt actus, ita materia eſſentialiter eſt

T. 16.

potentia. Iterum confirmatur, quoniã omne ens naturale: uel eſſentialiter eſt actus formalis: uel eſſentialiter includit actum formalem: uel eſſentialiter eſt potentia receptiua actus formalis. Secunda probatio eſt deſumpta ab auctoritate Auer. in de ſubſtantia Orbis, ubi dicit; Materię primę differentia ſubſtantialis eſt potentia. Obijciunt nihilominus contrarium ſentientes, ita primò dicentes. Materia eſt ens abſolutum, cũ ſit pars ſubſtãtię; ſed potẽtia eſt q.d reſpectiuũ: ergo potẽtia nõ eſt de eſsẽtia materię. Reſpondetur quòd eſſentia eſt relatiuum ſecundum dici; relatiuum autem ſecundum dici nullam verè includit relationem; ſed modum ſolummodo relatiui .i. quatenus concipi non poteſt, niſi relatiuè; quare nullum eſt inconueniens, quòd ſubſtantia eſſentialiter tale includat relatiuum: & ſic potentia materię, licet ſit quoddam reſpectiuum, nõ proinde non erit de ipſius eſſentia. Secundò ſic, Eſſentia materię eadem eſt ſucceſsiuè ſub diuerſis formis: potentię autem plures, & diſtinctę ſunt inter ſe; cum plures, atq; diſtinctas reſpiciant formas: ergo potentia non eſt eſſentia materię. Reſpõdetur quòd potentia materię, pro nunc, eſt duplex; prima eſt ad habendam formam abſolutè, quę reperitur in materia abſq; vlla forma conſiderata; & hęc, ſicut eſſentia, eſt eadem ſucceſsiuè

cap. 1.

ceſsiuè ſub diuerſis formis: altera potentia eſt, quæ dicitur à nonnullis potentia contradictionis, qua materia poteſt eſſe id, quod nõ eſt; & nõ eſſe id, quod eſt: & hęc multiplicatur ad multiplicationem formarum, & nõ eſt de eſſentia materię. Tertiò ita, Adueniente forma corrumpitur in materia potentia ad illam formã; cũ illam iam habeat; eſſentia autem nunquam corrumpitur. Ergo potentia nõ eſt de eſſentia materię. Reſpondetur quòd potentia materię, pro nunc, ſimiliter duobus modis capi poteſt. Primò pro potentia ſubiectiua; & hęc nõ tollitur per aduentum formę. Secundò pro potentia obiectiua; & hec per aduẽtum nouę formę corrumpitur: & ratio eſt, quoniam prior importat ſolummodo entitatem ordinatam ad formam recipiendam in communi, vt iam dictum eſt, & habet annexum appetitum quendam in communi, per conſequẽs qui nunquam ſatiatur, nec corrumpitur. Poſterior verò importat poſsibilitatem quandam ad hanc, vel illam formam recipiendã, quę cum opponatur actui, quo forma hęc, vel illa habetur; & particularem habeat appetitum, per aduẽtum formę neceſſariò tollitur. Quartò hoc modo, Potentia conſequitur materiam propter priuationem, & appetitum eius; ideo.n. materia habet potentiam ad aliquam formam, quoniam ſub priuatio

ne

nę exiſtens eam appetit. At priuatio cum appetitu ſunt accidentia materię; da oppoſitum.i.quòd materia eſſentialiter includat priuationem formæ, nunquam poſſet informari aliqua forma. Ergo potentia materię eſt accidens eius. Ad hanc rationem, per ea, quę dicta ſunt, facilè poſſet reſponderi; dicitur tamen ulterius, quòd potentia materię tripliciter ſumi poteſt. Primò fundamentaliter, ideſt pro ſubiecto potente formam recipere. Secundò pro principio, quo materia formaliter dicitur potés, & eſt qualitas quędā de ſecunda ſpecie, naturalis potētia nūcupata. Tertiò pro relatione, quā habet materia ad formā, fūdata in illa naturali qualitate: argumentū cōcludit de potētia materię ſecūdo, & tertio modo; nō autē primo modo ſūpta. Eadē de re moderni Patauini ſcribentes admittunt, vt quilibet etiā facilè concederet, potentiam eſſe de eſſentia materię, quatenus ipſa eſt tranſmutationis ſubiectum, & non alio modo. Ipſorum hęc eſt potiſsima ratio; Sicut potentia nō eſt de eſſentia materię rerum artificialium; ita nec de eſſentia materię rerum naturaliū: ſimilitudo robur inde ſumit; quoniā Ariſt. tali methodo primo phyſ. venit in cognitionem materię rerum naturalium. Quòd autem potentia rerum artificialium materię non ſit de eiuſdem eſſentia, eo fit notū.

quo-

quoniam non eſt de eſſentia ceręhabilitas ad formam ſtatuę. Reſpondetur primò longè diſparem eſſe rationem, quod cęcutiens etiam uideret; nam artificialium materia eſt iam aliqua forma ſubſtantiali actuata, & ſolummodo eſt in potentia ad formam artificialem determinatè; ſaltem genericè, ex qua, & tali forma non fit vnum per ſe, niſi, ut ita dicam, accidentaliter. At naturalium rerum materia eſt omni actu, & forma denudata: apta tamen nata ad quaſcunque formas recipiendas indifferenter: & & ex ipſa, & forma recepta propriè, & immediatè fit vnum per ſe ſubſtantialiter. Secundò dicitur, quod Ariſt. ſolummodo ibi habere uoluit; in tranſmutatione naturali de neceſsitate requiri ſubiectum, ueluti experientia cernimus in tranſmutatione artificiali; cum ex ęre fit ſtatua, &c. Vel, quòd ſicut per uariationem formarũ ſucceſsiuè in tranſmutatione artificiali, illarum cognoſcimus ſubiectum; ita etiam in tranſmutatione naturali. Sed diceret iam aliquis, ubi nam reperitur iſta materia prima? & quę ſunt eius proprietates? Reſpondetur ad primum, quòd quamuis materia in ſua eſſentia nullam prorſus includat formam; nunquam tamen reperitur omni forma denudata; ſed ſemper eſt cum aliqua forma: & quoniam materia cum forma compoſitum conſtituũt

ideo

2. de ani. T.2.& 8 met.T.4. ideo materia prima non niſi quolibet in cõpoſito reperitur; verum eſt, quòd primò, & principaliter in elementis; in miſtis verò ſecundariò.i.ratione elementorum. Sed inſtaret, quod materia iam informata dicitur ſecunda, & non prima. Reſpondetur quòd materia prima, & ſecunda non re, ſed ratione differunt; dicitur.n. materia ſecunda reſpectu formę, quã iam habet: prima uerò reſpectu formę indifferenter habendę. Dicitur ad ſecundum, quôd uarię ſunt materię primę proprietates; pręcipuę tamen ſunt quinque. Prima eſt, quòd ipſa cognoſcibilis eſt per analogiam ad formam; nam, cum materia ſit pura potentia, quę dicit modum relatiui, ſine actu concipi nequit; quemadmodum euenit de alijs relatiuis cuiuſcunq; generis, quę ſine ſuo termino concipi non poſſunt. Sed quomodo materia non poteſt concipi, niſi relatiuè; cum à parte rei nullam includat relationem? Dicitur quòd materia, ſicut alia relatiua ſecundum dici, ordinata eſt à natura ad formam ſubſtentandam proportionatè, & commenſuratè: ideò; quamuis nullam à parte rei relationẽ includat, non poteſt nihilominus concipi ſine conceptu relatiuo. Secunda eſt, quòd ingenerabilis eſt, & incorruptibilis; ſupple actione naturali; quoniã agens naturale ſine paſſi applicatione producere nihil poteſt: &

cum opus ſit ſuſceptiuũ entitatis, ab agente naturali producibilis, permanere; ideo materia, quę tale ſuſceptiuum eſt, non corrũpitur, ſaltem ſecundum eſſentiam; cum ſecundum eſſe ſimul cũ eo, cuius eſt materia, corrumpatur. Tertia proprietate materia dicitur appetere formam. Sed duplex eſt appetitus, animalis ſcilicet, ac naturalis. Hic uerò duplex, nempe carentię, & complacentię. Appetitus carentiæ eſt aptitudo naturaliter alicui rei conueniens ad rem, qua caret, cõſequendam. Appetitus conplacentię eſt aptitudo naturaliter alicui conueniens ad adeptionẽ, vel diuturnã ſibi cõſeruationẽ eius, quod habet. Vterq; in materia reperitur. Quartã ei proprietatem tribuunt nõnulli; nempe quòd interminatas dimenſiones cõtineat. i. quòd habeat extẽſionem per quamlibet loci differentiam, & quòd tales dimenſiones non ſunt accidentia diſtincta à materia; ſed ipſi materię identificantur; quod, an verum ſit in Ariſt. via, per iam dicta poteſt aliquo modo conſiderari. Quinta proprietas materię eſt, vt ipſa nullius ſit actiuitatis; quoniam eius tantummodo principaliter eſt ſuſcipere formam, in qua ſuſceptione nulla requiritur actiuitas.

Dilucidatio ſuper. vlt. cap. antepredic. ubi dicitur: Eorum, quę ſecundum nullam complexionem dicuntur, ſingulum aut ſubſtantiam ſignificat, aut quantitatem, aut qualitatem, &c.

cap. 8.

CIRCA huius loci explicationē ita procedā. Primò Ariſtotelem Ariſtoteli cōnectā. Secundò eius propoſitū aperiam. Tertiò ratione oſtendam; cur decem, & non plura ſint predicamenta. Vltimò, quot requirantur, vt aliquod in predicamento reponatur. Quantum ad primum; notiſsimum eſt ex grauiorum virorum ſententia, in prędicamento non collocari niſi voces ſimplices res ſimplices medijs cōceptibu sſimplicibus repreſentātes. Et propterea in prima diuiſione antepre. diuiſionē vocū fecit Ariſt. in cōplexas. i. cōpoſitas: & in incōplexas. i. ſimplices; innuere volēs incōplexas voces ſolūmodo in predicamēto collocari. Sed animaduertēdū eſt, quòd vox cōplexa duplex eſt. Quædam. n. complexa eſt complexione verbali; vt ipſa oratio: & quędam complexione nominali, quę iterum duplex eſt; aut enim vnum conceptum, vel vnam rem ſignificat; vt corpus animatum: aut plures conceptus, vel res; vt homo albus. Non ſolū voces incōplexę, ſed ēt cōplexę dūmodo vnā rem, vel vnū,

con

cóceptũ ſignificent, per ſe, & directè in prę dicamento collocantur; aliæ veró non niſi reductiuè. Facta, inquam, illa diuiſione vocum in ſimplices, & compoſitas; in præſenti loco ſubdiuidit Ariſt. voces ſimplices; quare hic locus eſt illi conectendus. Quantũ ad ſecundum; propoſitum Ariſt. in pręſenti loco eſt applicãdi voces ſimplicès rebus ſimplicibus, quas repræſentant; vt inde prædicamentorum numerum eliciat; vnde dicit quãlibet uocem ſimplicem aut ſubſtantiam repſentare, aut quantitatem, aut qualitatem, &c. pro quibus omnibus exempla deinde ponit, inquiens: ſubſtantia, vt homo; quantũ ut bicubitum, &c. Quantum ad tertium: noluit Ariſt. rationibus ꝓbare numerum prædicamentorum; fortè quoniam tempore ſuo notiſsimum erat decem tantum eſſe prædicamenta: vel, quoniam probatum iam erat ab Archyta: vel potius, vt difficultatem euitaret. Breuiter nihilominus numeri predicamentorum neceſsitas ita valet haberi. Omne, quod eſt, aut eſt per ſe, aut in alio. Eſſe per ſe eſt modus eſsẽdi ſubſtantiæ: eſſe verò in alio eſt modus accidentis: & quoniam eſſe per ſe eſt prius, quàm eſſe in alio; ideo primum prædicamentum eſt ſubſtantię, alia verò nouem ſunt accidentium. Et quoniam ſubſtantia dicitur de materia, forma, & cõpoſito; propterea omne accidens eſt in ſubſtantia

in ante predic. in 2. diuiſ.

2. de ani. T. 2. & 8. met. T. 3.

ſtantia ratione materiæ,vel formæ, aut compoſiti.Ratione materiæ tripliciter contingit: aut ab intrinſeco tantum ,& quantitas habetur,quæ,ſecundùm Auer.materiæ coæterna eſt:aut ab extrinſeco ſolum,& habetur vbi,cauſatũ in materiali locato ab extrinſecò locante: aut ab vtroq; ſimul, & reſultat paſsio;pati.n.ꝓprium eſt materię, adquod agens vti extrinſecum cõcurrit;cũ materia cauſa ſit intrinſeca. Ratione verò formę it idem tripliciter euenire poteſt: aut ab intrinſeco preciſè,& qualitas,reſultat quę formã principiũ internũ,tanquam eius ad agendũ principium inſtrumentale conſequitur: aut non niſi ab extrinſeco, & eſt,quando, quod formam extrinſecè concomitatur, ipſam in duratione menſurãs:aut vtroq;modo coniunctim, vnde actio ortum ducit , prouenit .n.ipſa ab agente,quod eſt extrinſecũ ratione formę, quæ principium eſt internum.Vltimò ratione compoſiti , & eodem modo; vel ab intrinſeco ſcilicet, & eſt relatio , quæ ſubſtantiæ,ratione compoſiti,ineſt; non .n. à materia,vel à forma fluit;ſed à compoſito ſolum, in quo ſubiectiuè reperitur ratione fundamenti.i.ſubſtantiæ,quantitatis, qualitatis,&c. quæ omnia ſunt abſoluta. Vel ab extrinſeco , & eſt habitus, qui cauſatur exteriorum ex adiacentia corpori aduenientiũ, in quo ſubiectiuè, atq; denominatiuè reperitur

ſitur. Vel vtroq; modo, & ſeſe offert ſitus; qui eſt ordinatio partiũ, & hoc dicit intrinſecum; in loco, & hoc dicit extrinſecum. Si dicatur hic, quòd duo tantũ predicamenta ſufficiunt; alter ũſcilicet in quo reponatur ens per ſe; alterũ verò, in quo reponatur ens per accidens; cum omnia mundi entia his duobus claudantur, & eo confirmatur; cum accidentia omnia conceptu hoc valeant cõplecti; nempe, non ſunt entia per ſe. Reſpondetur quòd vtiq; accidentibus omnibus cõpetit eſſe in alio; non tamen eodẽ modo; quare nec eodẽ modo concipi poſſunt propriè, & ideo non vnico, verum pluribus claudi debent predicamentis. Quantum ad poſtremũ; eſt primò tenẽdũ, quòd voces collocantur in predicamento non primò, & principaliter; ſed in ordine ad conceptus, res q̃ bus medijs repreſentant; vti dictũ eſt. Secũdò, quód predicamẽtũ, & genus logicũ cõuertuntur, dummodo ſumatur genus logicũ pro tota vna coordinatione plurium vocum ſimplicium res ſimplices, ideſt ſecundũ ſimplicem conceptum repreſentatium: quæ cõordinatio quadam in ſubalternatione poſita eſt. i. vt vox communior ſupra, minus verò cõmunis infra collocetur. Tertió, quòd aliquid in predicamento eſſe, tribus modis contingit. Primò. n. reponitur aliquid in p̃dicamento per ſe, & eſt illud, de quo genus

generaliſsimũ in cõcreto, vel in abſtracto eſ ſẽtialiter pdicatur; quomodo homo in ſubſtantię, & albedo in qualitatis predicamento collocatur. Et, qm̃ ubi abſtractũ, ibi etiã concretu, licet poſterius, eſt p ſe; ideo albũ eſt pſe in pdicamẽto qualitatis, de quo licet genus generaliſsimum non verificetur in abſtracto; uerificatur tamen in concreto, & eſſentialiter; ſicut.n.eſſentialis eſt hæc predicatio, albedo eſt qualitas; ita hęc, album eſt quale. Secundò reponitur aliquid in predicamento per accidens, de quo generaliſsimum accidentaliter predicatur; quomodo album in predicamento ſubſtantię, & animal in predicamẽto qualitatis conſtituitur. Tertiò per reductionem; & eſt illud, de quo nullo modo generaliſsimum in recto uerificatur; ſed in obliquo ſolummodò; de puncto ut euenit, ac de unitate reſpectu quantitatis. Iam dicitur, quòd tria de ratione ſunt eius, quod in predicamento reponitur. Primum; ut vnum communem eſſendi modum cum alijs habeat, vnde aliquo pacto vnitas generis ſumatur; puta, u.g. ut cum alijs ſubſtantijs in hoc eſſendi modo cõcurrat, quod eſt in alio non eſſe. Secundum; ut potentialitatem habeat quandam .i. ut in actu perfectè non ſit; cęterum defectiuè; per quod ad ſpeciem, uel genus limitatur; omne .n. quod in genere reponitur, infra limites illius con-

tinetur;

tinetur; quod eſſe nequiret, perfectus actus ſi eſſet. Tertium; ut actum aliquem ſpecialẽ ita includat, ut per ipſum ad ſpeciem determinetur; ſecus enim per differentiam contrahi non poſſet.

Dilucidatio textus 15. ſecundi libri phyſ. ubi dicitur à Philoſopho quòd priuatio eſt quodammodo forma. cap. 9.

TExtvs propoſiti ueritatem notam faciam in primis; priuationis poſtea naturam in communi breuiter elucidabo. Quãtum ad primum; ſupponitur primò priuationem multifariam ſumi. In primis, & propriè, pro carentia alicuius cum aptitudine ad illud; uti dicimus priuationem lucis tenebram eſſe: ita ſumitur à philoſopho quarto met. & in poſt predic. Secundò pro contrarietatis altera parte, minoris perfectionis, ut ſecundo de anima; ubi dicitur, nigrum eſſe priuationem albi. Tertiò pro forma ad nõ eſſe tendente. i. pro forma, quę corrumpitur, reſpectu formę generandę; quomodo embrionis forma reſpectu animalis formę priuatio dici ualet. Vltimò pro forma diminuta ad ulteriorem perfectionem tendente, & ſic forma generanda preeſt in materia ſecundum eſſe diminutum, ſecundum quod eſ-

T. 27.

cat. de opp.

T. 120.

ſe

ſe materię priuatio dicitur agenti ad ſuam perfectionem coagens. Supponitur ſecundò hanc Ariſt. eſſe methodum ad hunc textum à tertio ſumendo initium; primò enim declarat qd ſit natura: ſecundó, quòd duplex eſt natura; materia. ſ. & forma: deinde, quòd forma eſt magis natura, quàm materia: & denique quôd priuatio quodammodo natura dici poteſt. Iam dicitur, Ariſt. dictum in loco propoſito abſq; ullo dubio ueritatem habere de priuatione tertio, & quarto modo sũpta: ita D. Thom. Ariſt. ex poſitór meritò nũcupatus, & Egidius de Roma uir grauiſsimus inter peripateticos; quare nõ erat opus; ut Patauini recentiores declarationem huiuſmodi ſibi adſcriberent tamquam ab ipſis nouiter inuentam. Habet etiam ueritatem de priuatione primo modo ſumpta, quę per accidẽs poteſt dici forma; cum vnum tollat, & aliud det eſſe. Vel, quoniam formę ſemper eſt annexa; nunquam enim eſt vnius cõtrarij priuatio, niſi alterius formę ſit ãnexa. Vel poſtremò, quoniam in intellectu ſui formam ſemper includit. Quantum ad ſecun-
T.4. dum, priuatio propriè ſumpta ita deſcribitur à philoſopho quarto met. Eſt negatio formę in ſubiecto apto nato. Dicitur negatio, loco generis, per quam particulam conuenit alijs cum negationibus, differt tamen
T.75. ab ente; quare ab eodẽ primo phys. dicitur

per

per ſe non ens. Additur formę, loco differentię, per quam diſtinguitur à negatione rei, quę forma non eſt; ut non homo. Apponitur, in ſubiecto apto nato, loco ultimę differentię, qua ſeiungitur à negatione ſimpliciter, quę negat naturam aliquam, & nullam ponit in ſubiecto aptitudinem ad illam. Duplex, deinde, reperitur priuatio, formę .ſ. ſubſtantialis, & accidentalis; ſumitur enim per comparationem ad ſuum habitum .i. ad formam, cui opponitur, quę nō eſt, niſi duplex uti dictum eſt. Priuatio formę accidentalis eſt eiuſdem negatio in ſubiecto, cui eſt ineſſe apta nata. Priuatio uerò formę ſubſtantialis eſt negatio formę ſubſtantialis in materia prima, quam ipſa apta nata eſt recipere. De hac ſecunda priuatione duo quęruntur: primum, an ſit ens exiſtens in rebus: ſecundum, an ſit principium per ſe, uel per accidens. Quantum ad primum reſolutè reſpondetur, quód formaliter eſt ens rationis. .i. quatenus de ipſa, tanquam de quodam ente, agit intellectus, cuius hęc eſt uis, ut omnia ſub ratione entis intelligat; à parte uerò rei, uel fundamentaliter, ut ita dicatur, id ſolummodo habet, ut ſit remotio quędam entis. Nec obſtat, quòd priuatio accidat materię enti poſitiuo, quoniam accidit illi nō aliquid ponendo, cęterum aliquid remouendo: vnde potius eſt accidens ſecundum mo-

dum .i. quia adeſt, & abeſt; quàm ſecundum rem. Quantum ad alterum dicitur, quod priuatio poteſt ad tria comparari; néipe ad eſſe rei naturalis: ad eius fieri: & ad ipſam, quatenus per ſe fit, & generatur. Reſpectu primi non poteſt dici principium per ſe; quoniam, cum priuatio de ſe ſit non ens, non poteſt per ſe concurrere ad alicuius eſſe rei. Reſpectu tertij ſimiliter non poteſt dici principium per ſe; quoniam aduenſente forma, quę dat eſſe rei, & per quam res ponitur in eſſe, ceſſat priuatio, quę illi formę opponitur. Vtrią; his duobus modis priuatio dicitur principium per accidens; niſi enim priuatio prçcederet in materia generationem rei naturalis, ipſa res generari non poſſet, nec eſſe, ſeu formã acquirere; quoniam materia nõ eſſet in potentia ad ipſam formam, nec ad eius eſſe inclinaretur; priuatio enim efficit, ut materia appetat formam, quo ſublato appetitu, generationes rerum naturalium perirent. Reſpectu uerò ſecundi, ideſt ipſius fieri, & tranſmutationis, eſt aliquo modo principium per ſe; quoniam quod eſt de ratione alicuius uidetur eſſe per ſe principium illius; priuatio autem eſt de ratione ipſius motus; cum motus dicatur eſſe actus entis in potentia, ſecundum ꝙ in potentia. Vbi dicitur actus ratione perfectionis acquiſitę; ſed dicitur in potentia ratione perfectionis

acquirendę, qua mobile adhuc eſt priuatũ; vnde patet, quod in hac particula, in potentia, includitur ipſa priuatio: eſt etiam priuatio de ratione ipſius fieri, & generationis rerum naturalium; quoniam tria ſunt, ſine quibus nec eſſe, nec intelligi ualet generatio reru naturaliu ſcilicet ſubiectum, quod eſt materia: terminus à quo, priuatio qui dicitur: & terminus ad quem, qui eſt forma; vnde, ſecundum Ariſt. generatio eſt progreſſus de non eſſe ad eſſe: vnde patet priuationem eſſe principium per ſe generationis. De priuatione formę accidentalis quęri ſolet, an ab ipſa ad habitum detur regreſſus? & his diſtinctionibus reſpondetur. Priuatio dupliciter ſumitur: pro carentia formę ad quam nõ ordinatur ſubiectum, niſi mediante habitu: uel pro carentia formę, ad quam ordinatur non mediante habitu. Vel, pro priuatione, quę priuat habitum ſecundum actum, & ſecundum potentiam: uel ſecundum actum ſolúmodò. Vel, quędam priuatio eſt, cuius habitus eſt à principio innato; ut cęcitas, quoniã uiſus eſt à principio intrinſeco; alia eſt, cuius habitus eſt à principio extrinſeco; ut tenebra. Dictum igitur Ariſt. de priuatione locum habet, ſumpta pro primo membro harum cuiuslibet diſtinctionum. Eadem de priuatione hę contradictorię quodammodo fiunt enunciationes. Priuatio ſupponit

5. phyſ. T 7.

habitum:& habitus priuationem ſupponit.
5.met. T.27. Pro conciliatione dicas cum Ariſt. quód duplex eſt priuatio, ablationis ſcilicet & negationis. De priuatione ablationis prior uerificatur propoſitio; ſecunda uerò de priuatione negationis.

in p̃die. quant. *Quantitatis autem aliud quidem eſt diſcretum, aliud autem continuum, &c. quomodo intelligatur.*

cap. 10.

CONSVEVIT perſępe Ariſt. pro Abſtracto concretum accipere; non ſolum igitur in preſenti loco; verum etiam in antepre cap. ult. dic. dum dicit; Qualitas, vt album, grammaticum:& in predic. ſub. vbi habetur; vt albũ cũ inſubiecto ſit in corpore, prędicatur de ſubiecto. In predic. quali. promiſcuè ſumit abſtractum,& concretum: & multis alijs in locis, quos breuitatis cauſa miſſos facio. Cõſueuit etiam in prędicamento. lib. faciliora cognitu ſemper prępon ere; vnde duas quantitatis diuiſiones traditurus alteram ſcilicet in quantitatem per ſe, & per accidens; alteram verò in quantitatem continam & diſcretam; licet illa naturaliter pręcedat, hanc prępoſuit nihilominus, tanquam intellectu faciliorem; nullus enim erat Ariſt. tempore, in matematis, mediocriter ſaltem, qui non

eſſet

eſſet verſatus; nō autem in phyſicis, ad quę ſpectat prior diuiſiô. Nos autem altius negocium aggredientes ita dicimus. Quantitas duplex inuenitur, molis ſcilicet atq; virtutis. Quantitas virtutis eſt quantitas vigoris, & perfectionis, quę cum ſit traſcendēs, & in corporeis, ac ī incorporeis reb' reperitur. Quātitas molis eſt corporalis, & eſt determitè ī ꝑdicamēto quātitatis. Hęc ſubdiuiditur in quātitatē ꝑ ſe, & ꝑ accidēs: quātitas ꝑ ſe eſt illa, quę de ſe talis eſt; quātitas verò ꝑ accidens eſt illa quę mediante alio eſt talis; vñde inquit Ariſt. album dicitur multum, quoniam ſuperficies multa eſt. Prior diuiditur in quantitatem continuam, & diſcretam. Quantitas continua duobus modis ſumi poteſt, preſsè ſcilicet, & latè. Primo modo ita deſcribitur, Eſt illa, cuius partes poſitionem habent inter ſe; quomodo tres tantum ſpecies habet, nempe lineam, ſuperficiem, & corpus. Secundo uerò modo ita, eſt illa, cuius partes extremę communem habent terminum, ad quem coppulētur; vti præter illas tres ſpecies duas alias continet, nempe tempus, & motū, quę duę ſpecies non habent partes permanentes, & ideo nec poſitionem habentes, vnde non poſſunt appellari propriè quantitates continuę. Quantitas diſcreta ijſdē duobus modis ualet ſumi, & per oppoſitū diffiniri hoc modo. Eſt illa,

cuius

cuius partes poſitionem non habēt inter ſe; quomodo ſolummodo numerus eſt quantitas diſcreta. Vel, cuius partes extremę cōmunem terminum nō habēt, ad quem copulētur, vti oratio quoq; diſcreta quantitas dici poteſt. Linea, pro intelligentia terminorum, ab Euclide ita deſcribitur, Eſt longitudo latitudinis expers; quamuis dixerint alij, quòd linea eſt puncti fluxus: & Ariſt. quòd eſt magnitudo, quę vno modo diuidi poteſt; nempe ſecūdum longitudinem. Linearum alię ſimplices; vt recta, vel circularis: alię mixtę; vt coni ſectiones, helices, &c.

lib 1. element. diff. 2.

Recta linea eſt; quę ex ęquali ſuis interijcitur punctis. i. quę ęquale continet diſtantiā inter ſua puncta interiectam. Vel clarius, eſt ab vno puncto ad alium breuiſsima extēſio, quod intelligitur de linea recta ex vtraque parte finita; vnde fallit de linea vndiq; vel ex altera tantum parte infinita, ſi daretur, & de linea circulari, ubi; cum nullos per ſe fines habeat, ſi aliquod punctum accipiatur, idem, diuerſa tamen ſub ratione, principium dicetur, atq; finis. Superficies his ſolet appellari nominibus; primò enim dicitur, epiphania. i. apparentia; quia primò nobis apparet in corpore, quod inſpicimus. Secundò dicitur planum, licēt ſuperficies ſit eo communior; cum etiam concaua reperiatur. Tertiò extremum corporis nūcupatur. Ab

Euclid. eod lib. diffi. 4.

eod lib. diff. 5.

Euclid.

Euclid. ita deſcribitur, eſt id, quod longitudinem, & latitudinem tantum habet: vel, ſecundum alios, eſt magnitudo binis diſtans interuallis. Sed vel eſt ſimplex; vt plana, vel ſpherica: vel mixta; vt cylindrica, conica, &c. Corpus non ſumitur hic pro corpore phyſico, quod ponitur in prędicamento ſubſtantię; ſed pro corpore matematico, quod, ſecundum Ariſt. primo cęli eſt quędam quãtitas continua undequaq; diuiſibilis. i. ſecũdum longitudinem, latitudinẽ, & profunditatem. Sed an linea, ſupficies; & corpus ſint quantitatis ſpecies diſtinctę; & an ſpecialiſſimę, vel ſubalternę? Ad primum reſpondetur affirmatiuè, quoniam non ſolum hic; ſed etiam ſexto phyſicorum & quinto metaph. Ariſt. inter ſpecies quantitatis continuę illas enumerat; cum ipſis quantitatis continuę proprietates ęquè competant; licet ſub diuerſa ratione diuiſibilitatis, & extenſionis, per quod ſpecificè diſtinguuntur. Quantum ad ſecundum, Dominicus de Flandria quinto met. & Venetus hoc in loco dicunt eſſe ſpecies ſubalternas, & mouentur per dictum Ariſt. ſeptimo phys. dicentis lineam rectam, & curuam ſpecies eſſe lineę. Ipſe tamen arbitror eſſe ſpecies ſpecialiſsimas; cùm non habeant ſub ſe alias ſpecies, in quas per differentias eſſentiales deſcendant, ſolummodo autem per accidentales

T. 2.

q. 14. ar. 8. dub. 2.

les

les; nempe per curuum, & rectum,&c. Ad Ariſt. dicitur quòd ibi accipit lineas non ſub ratione quantitatis, uti ſumitur hic; ſed ſub ratione menſurę, nempe bicubiti,tricubiti,&c.uel ſub ratione figurę, uti pertinet ad
3.phyſ. quartam ſpeciem qualitatis. Motus eſt ac-
T.6.& tus entis in potentia, quatenus in potentia:
17. uel mobilis, quatenus mobile: & eſt continuus ratione loci.i.magnitudinis,ſuper qua fit; & ideo quibuſdam in codicibus legitur locus,& non motus. Animaduertendum eſt tamen,quòd locus,ſub ratione formali loci non ponitur in predicamento quantitatis; ſed utique pro ſuo materiali,ideſt pro ſuperficie ultima corporis continentis:& motus; non pro forma, quę ab alio inducitur,uel in aliquo recipitur:nec pro forma imperfecta accipitur;ſed ſolummodo pro quodam fluxu,& ſucceſsiua acquiſitione. Tempus dupliciter ſpectari poteſt:altero quidem modo, ut duratio eſt motus primi mobilis abſolutè, & dicitur illa mora, quam facit motus primi mobilis ſuis in reuolutionibus; quomodo eſt quantitas per ſe, & continua ratione motus,qui dicitur continuus ratio-
4. phys. ne quantitatis continuę, ſuper qua fit. Alte-
T.99. ro uerò modo, prout eſt duratio certa, & pręfixa hominum arbitrio, nempe anni, menſis, &c.quomodo tempus non pertinet ad quantitatem continuam,ſed potius diſcretam;im

mò formaliter ita acceptum non eſt ens rea-
le:& quando dixit Ariſt. quarto phys. tem- *T. 101.*
pus eſt numerus motus ſecundum prius , &
poſterius; vulgatiſsimè de eo locutus fuit.
Et quamuis quinto met. ſicut de motu , non *T. 13.*
fecerit mentionem de ipſo, hoc mirum mi-
nimè uideri debet; quoniam de permanen-
tibus quantitatibus ſolummodo , cuius mo-
di non ſunt motus, nec tempus, uerba facere
inſtituerat. Numerus eſt duplex. ſ. numerãs *4. phys.*
& numeratus. Numerus numeratus ſunt res *T. 110.*
numeratę. Numerus numerans ad huc eſt
duplex ; uel enim eſt numerans effectiuè , &
eſt anima noſtra : uel formaliter, & ut quo ,
& eſt quantitas formalis, exiſtens in numero
numerato, & in quantitatis predicamento re
ponitur . Eius forma eſt vnio ſuarum vni- *4. phys.*
tatum ſub diſcretione, quæ prouenit ab ulti- *cap. ult.*
ma vnitate numeri, quę dat ſibi nomen, & ra
tionem, vnde numerus denarius capit ſpeciẽ
talis numeri à decima unitate. Habetur hoc *T. 10.*
ex octauo met. ubi dicitur , quòd per aduen
tũ ultimę vnitatis ſpecies numeri uariatur.
Ita diffinitur ab Euclid. eſt multitudo con- *lib. 7. diſ*
ſtans ex vnitatibus. Ponitur multitudo lo- *f. 2.*
co generis: aggregata ex vnitatibus ſcilicet
formalibus de genere quantitatis, ad differẽ
tiã aggregationis multitudinis materialis, q̃
dicitur numerus numeratus. Oratio quatu
or ſumitur modis; primò. n. ſumitur ꝓ locu

tio nc interiori; vnde dicebat Plato. in Sophiſta, opinio eſt quædam oratio mentis ad ſeipſam; & hoc modo ponitur in predicamẽto actionis. Secundò ſumitur, vt ore profertur; & tunc tripliciter; primò, vt eſt ſignum rei; quomodo ſpectat ad pręedicamẽtum relationis. Secundò pro ſono vocis, quocunq; modo auditum afficiente; & ſic reponitur in tertia ſpecie qualitatis: vltimò vt conſtat ex ſyllabis breuibus, ac longis; & hoc pacto reponitur ab Ariſt. inter ſpecies quantitatis diſcretę largè loquendo, & potius ſecundum famoſitatem, vti dictum eſt. Animaduertendũ eſt hic, quód in oratione vltimo modo sũpta duo poſſumus cõſiderare; alterum, quòd quãdo ipſam proferimus, ſyllabę non habent communem terminum ad quem coppulentur; & ſic per ſe eſt quantitas diſcreta, ſicuti dictum eſt: alterum verò conſiderare poſſumus; nempe longitudinem, & breuitatem ſyllabarum; & tunc eſt quantitas per accidens; quoniam ſyllabę dicuntur breues, uel longę per accidens, ideſt ratione temporis, vel aeris repercuſsi ad vocalem arteriam. Pro exacta huius rei notitia duę breuiter dubitationes examinabuntur: altera, an quantitas à ſubſtantia ſit res diuerſa? altera verò an ęquale, vel inęquale eſſe, ſit proprium quarto modo ſumptũ à Porph. ipſius quantitatis? Quantum ad primam

mam; non quęritur, an quantitas ita ſit res diuerſa à ſubſtantia, vt per ſe exiſtat, clarum enim eſt nullum accidens per ſe exiſtere: verum ā in ſubſtantia inherens, res ſit ab ea diuerſa, an verò idem? Nominales, poſt Stoicos, aiunt quantitatem idem prorſus eſſe cum ſubſtantia; cum ab ea, quatenus eſt ibi extenſa, ſeparari non poſsit, ſicut ſeparatur qualitas, & facilè; cum ſit à ſubſtantia res diuerſa: eo comprobant, quod remota quantitate à ſubſtātia, ipſa ſubſtātia euaneſcit. Sed nō viderūt Ariſt. primo phys. dicentē cōtra Meliſſum; quod res, & quantitas ſunt duę res: & ſeptimo met. quòd longitudo, latitudo, & profunditas ſunt quantitates, & non ſubſtantia, immo quod ſubſtantia eſt illud, in quo ineſt quantitas. Accedit clariſsima ratio, in ſacramento enim Euchariſtiæ nō remanet ſubſtantia panis, ut fides uera docet, & tamen remanet quantitas, ut experientia patet; ergo quantitas eſt a ſubſtantia diuerſa. Dixerunt nonnulli, in euaſionem, multas eſſe quantitates; ita ut quodlibet accidēs de genere qualitatis habeat ſuam quātitatem preter illam ſubſtantiæ. Ita nihilominus dicentes à Peripateticorum familia ſunt omnino reijciendi; ex ipſorum enim aſſertione tale primum oritur abſurdum, quòd in vno, & eodē ſubiecto plures eſſent quantitates ſimul, & per cōſequēs penetratio

in predicabi cap. 4.

in antep. dic. diu 2.

7. met T. 4. & 12.

T. 3.

T 15.

T 8.

tio

tiò dimenſionum daretur contra communē ſcolam philoſophantium; immo quòd vna quantitas in alia eſſet tanquam in ſubiecto; & ſic idem ſui eſſet ipſius ſubiectum, quod nec fatuus diceret. Alterum ſequeretur abſurdum principale, quòd accidētium quodlibet eſſet per ſe quantum, contra Ariſt. ſexto phys. dicentem accidentia eſſe quanta ꝑ accidēs; ideſt ratione ſubiecti, in quo inſunt: & quarto met. accidens accidenti non accidere niſi, quia ambo eidem .i. ſubſtantię accidunt. Quantum ad ſecundam; dicitur, quòd ſicut duplex eſt quantitas, vt in prima diuiſione dictum fuit, ita duplex æqualitas; nempe propriè dicta, quę conuenit rebus ratione quantitatis molis: & metaphorica, rebus conueniens ratione quantitatis virtutis vel perfectionis; quę eſt vel quędam eſſentialis prę̨ſtantia, vel potentia quędam ad aliquod peragendum. Iam dicitur, quòd ęqualitas communiter ſumpta analogicè competit quantitati in communi & quòd reperitur tam in ſpiritualibus, quàm in corporalibus. At propriè ſumpta ſolum conuenit quantiti propriè dictæ; ſed in actu quidem eſt ꝓprium tertio modo ſumptum à Proph. quia conuenit omni, & ſoli, ſed non ſemper; ſi enim vna tantum fuerit quantitas, nec actū æqualis erit, nec inæqualis: at ſi ſecundum aptitudinem accipiatur, propriū eſt quarto

T com. 14.

modo

modo ſumptum;cum quantitati ſemper conueniat. Per huiuſmodi diſtinctionem ualemus ęqualitatem ſeruare quolibet ferè in predicamento; & licet ęquale, & inęquale mutuò ſe uideantur reſpicere, ſi formaliter ſumantur; fundamentaliter tamen quantitatem reſpiciunt; licet alij dicant, quod ęquale,& inęquale ſunt relatiua ratione extremorum;formaliter uerò ratione quantitatis.

Quomodo intelligitur quod ab Ariſt. dicitur octauo met.nempe, Forma eſt aliquod ens actu; ratione uerò ſeparabilis. T. 3.
cap.11.

ANTE propoſiti loci explicationem hęc de forma breuiter elucidabo. Primò quotuplex ſit. Secundò quid ſit forma ſubſtantialis.Tertiò quotuplex eadem ſit.Quartò, & ultimó quot ſortiatur nomina penes philoſophos. Quantum ad primum;duplex eſt forma;materialis .ſ. & immaterialis. Poſterior dicitur forma à materia, & motu abſtracta ſecundum eſſe, & quiditatem,in quo gradu,ſecundum philoſophos, omnes intelligentię reperiuntur. Prior uerò dicitur forma immerſa materię ſecundũ eſſe, & diffinitionem, & in hoc gradu ſunt formę naturales,quarũ vnaquęq; dicitur immerſa materię, quoniam materiam actuat,perficit, &

informat. Dicitur etiam immerſa materię ſecundum diffinitionem; quoniam, cum ſit relatiuum ad formam, neceſſariò in eius ponitur diffinitione; cum relatiua naturali quadam intelligentia ſimul ſint. Subdiuiditur materialis forma in ſubſtantialem, & accidentalem, quę differunt inter ſe tripliciter. Primò; quoniam forma ſubſtantialis dat eſſe ſimpliciter; cum ſit de genere ſubſtantię, quæ eſt ens ſimpliciter: forma verò accidentalis dat eſſe ſecundum quid; cum ſit de genere accidentis, quod dicitur ens ſecundum quid. Secundò, forma ſubſtantialis eſt pars compoſiti eſſentialis, conſtituens ipſum in eſſe ſimul cum materia: forma uero accidentalis non eſt pars compoſiti eſſentialis; cum adueniat compoſito iam in eſſe conſtituto. Tertiò, & ultimò forma ſubſtãtialis perficit immediatè eſſentiam materię primę, cũ eius ſubiectum ſit ens in pura potentia; forma uerò accidentalis perficit immediatè compoſitum; cum eius ſubiectum ſit ens in actu completo. Quantũ ad ſecundum: forma ſubſtãtialis eſt actus materię primus, eſtq; pars intrinſeca rei naturalis, cui dat eſſe ſimpliciter. Dicitur actus loco generis, ubi cum formis accidentalibus, & ſubſtantialibus abſtractis conuenit, quarum quęlibet actus dici ualet: & à materia, atq; compoſito diſtat; cum materia dicatur ens in potentia, & compoſitum

8. phyſ. T. 26. in p̃d c. ad aliqd in fin.

ens in actu. Dicitur primus ad differentiam actus ſecundi, quem appellamus operationem; forma namq; ſubſtantialis non eſt operatio; ſed principiũ operationis, & propterea primus, & non ſecundus actus nuncupatur. Dicitur, materię, ut à formis differat abſtractis, quę, licet dici poſsint actus primus; cum ipſarum quęlibet alicuius principium ſit operationis; nulla tamen, cum à materia ſint omnes omnino ſeparatę, eius actus dici poteſt. Dicitur, pars intrinſeca rei naturalis, ut à formis accidentalibus diſtet; licet .n. aliqua forma accidentalis reſpectu alicuius motus, uel operationis actus primus poſsit dici nulla tamen rei naturalis pars erit eſſentialis. Quantum ad tertium; forma ſubſtantialis eſt duplex; altera enim eſt educta de potentia materię; altera verò de foris aduenit, & de materię gremio minimè educitur. In primo gradu ſunt omnes formę materiales, pręter animam humanam; omnes .n. ſunt extenſę, ac diuiſibiles; & ideo ipſarum quęlibet eſt tota in ipſius tota materia, & pars in parte; cum extendantur, & diuidãtur extenſione, & diuiſione ſui ſubiecti, ſecundum Ariſt. dicentem octauo phys. forma quęlibet exiſtens in materia eſt diuiſibilis ad diuiſionem ſui ſubiecti. Eſt quidem forma materialis diuiſibilis, non per ſe; cum ſic quęlibet forma ſit indiuiſibilis; ſed per *T 78.* *2. de ani.* *T. c. 7.*

accidens .i. extenſione materiæ. Quare fatendum eſt, cum ipſa forma nõ habeat ex ſe aliquam extenſionem, uel diuiſionem; ſed à ſubiecto, uel à modo, ſecundum quem ab agente de potentia materię extrahitur; quòd quęlibet forma educta de materia extenſa, in qua eſt diuerſitas partium, tota de tota materia, & pars eius de parte materię educatur: & è conuerſô, ideſt quód quęlibet for-
3. de ani. T. 24. ma diuiſibilis, & extenſa neceſſarió de potentia materiæ ſit educta. Eſt, inſuper, eiuſmodi forma quęlibet corruptibilis; non per ſe, ſed per accidens .i. per corruptionem compoſiti, quod corrumpitur ob matarię pręſentiam cum priuatione. In ſecundo gradu eſt anima intellectiua, quæ non educitur de potentia materię, niſi ſecundum diſpoſitionẽ; per tranſmutationem enim naturalis agentis diſponitur, ac præparatur materia, ut idonea ſit ad animam intellectiuam recipiendam; ſtatim enim quòd materia eſt optimè diſpoſita, & organizata, Deum dicimus animam creare, & ipſi infundere. Et hoc modo explicandum eſt quod ab Ariſt. dicitur ſe-
T. 26. cundo phys. nempe Sol, & homo generant hominem ex materia. Et quoniam anima intellectiua, ſecundum ipſius eſſentiam, non eſt educta de potentia materię, uti dictũ eſt, ideo immortalis remanet, ab alijsquè formis materialibus diſtinguitur, ſicut perpetuum

tuum à corruptibili. Eſt etiam omnino indiuiſibilis; cum, ſecundum eſſentiam, ſit tota in toto corpore: & tota in qualibet eius parte. Forma ſubſtantialis educta de potētia materię, ſecundum Auer. uel eſt ſimplex, uel compoſita. Simplex eſt forma elementi, quę ita dicitur; quoniam eſt principium corporis ſimplicis, & motus ſimplicis. Eadem dicitur ultima forma, quoniam non eſt reſolubilis in priorem formam exiſtentem in materia; ſed ad ipſam ſtat reſolutiò aliarum formarum materialium. Forma compoſita eſt forma mixti, quę ita nuncupatur, quoniam eſt principium intrinſecum corporis mixti, eiuſquè motus, qui etiam eſt mixtus, & naturalis. Dicitur hęc forma compoſita, non formaliter; quoniam, ſecundum ſuam eſſentiam, eſt ſimplex, ſicut forma elementi; ſed uirtualiter, quoniam pater ſupponit in materia formas elementorum; ſecundum ipſum. Quantum ad ultimum; multis nominibus ſubſtantialis forma nuncupari ſolet apud Philoſophos. Primò enim dicitur forma; quoniam materiam informat dās illi eſſe, & perfectionem: & propterea dicitur etiam actus; quoniam rem actuat, & tam materię, quam compoſiti eſt ratio exiſtendi; cum vnumquodq; ſit in actu per ſuam formam. Tertiò dicitur ſpecies; cum det compoſito eſſe eſſentiale, per quod in ſpe-

1. phys. c. 1.

9.met. cie reponitur. Quartò, ratio, quoniam eſt
T.20. principium cognoſcendi, precipuè ſecundú
1. cel. c. Auer. nec nō diſtinguendi, ſecundum Ariſt.
95. ſeptimo met. dicentem, actus, ideſt forma, eſt
T.49. qui ſeparat, & diſtinguit: & deniq; operandi.
3. de gē. Quintò, quodquid eſt, quoniam forma eſt
T.53. potiſsima pars quiditatis. Sextò, exemplar;
3. phys. cum ipſa ſit ratio agenti generandi ſibi ſimi-
T.28. le. Septimò, paradigma; quoniam eſt ratio aſsimilandi genitum generanti. Octauò, idea; quoniam diffinita, & preſcritta eſt forma omnium, quæ à natura proueniunt. Nonò, imago, quoniam Diuinam artem, à qua exemplata eſt, modo ſibi poſsibili imitatur;
1. phys. uel, quia ab arte humana imitabilis eſt. De-
T.81. cimò, ens Diuinum; quoniam eſt quædam participatio Diuini eſſe; nam, cùm ſit actus quidam, Deo actui puriſsimo iure aſsimilatur. Vndecimò, ens optimum, quoniam motum terminat, & operationem naturæ; vnde ſecundo phys. appellatur finis generationis,
T.70. qui finis in vnoquoque optimum quoddam dici poteſt. Vltimò ens appetibile, ſupple, ab ipſa materia propter ſui perfectionem. Iam, quantum ad id, quod propoſitum eſt, dicitur quód non eſt melior dilucidatio ea, quam ibi ponit D. Thom. quem ita breuiter refero, & clarè. Forma eſt aliquod ens actu, non ſimpliciter, ſed quaſi: per quam conditionem à materia ſeiungitur, quæ in ſe eſt ali

quod

quod in potentia:& à compoſito, quod ſimpliciter eſt ens actu; ſicut forma ſimpliciter eſt actus; quare merito eodem dicitur in textu, quòd compoſitum per ſe generatur, & corrumpitur; forma uerò, & materia per accidens. Ratione verò ſeparabilis. Primò, quia poteſt intelligi ſine materia ſenſibili indiuiduante. Vel, ſenſus eſſe poteſt, quòd formarũ quędam ſunt ratione ſeparabiles, ut mathematicę: quędam uerò non; ut naturales. Vel, quędam ſunt formę in materia ſolummodo exiſtentes; quędam veró ſeparatę abſq; materia exiſtentes. Sed inter quas anima noſtra eſt cõnumeranda? Reſpondetur quòd anima noſtra poteſt dici partim ſeparata à materia; partim verò non. Dicitur enim ſeparata; in quantum intellectiua uirtus non eſt actus alicuius organi corporalis; in materia uerò dicitur eſſe, in quantum dat eſſe naturale tali corpori; forma enim cuiuſlibet rei ex materia genitę in materia eſt. Vnde meritò dicit Philoſophus ſecundo phyſ. T 26. conſiderationem philoſophi naturalis uſq; ad animam noſtram ſe extendere; quoniam medio modo ſe habet, ideſt non eſt omnino abſtracta, nec penitus immerſa materiæ.

Dilucidat illius, quod habetur in p̄dic. ad aliquid, in princ. dū dicitur, Ad aliquid verò talia dicuntur quę cunq; hocip/um, quod ſunt, aliorum eſſe dicuntur, vel quomodolibet, &c.

cap. 12.

QVICQVID boni pro totius huius loci explicatione dici poteſt, hac ſeruata methodo, in vnū illud breuiter redigā. Primô, q̄b. nominibus nuncupentur relationes. Secundô quotuplex ſit relatio. Tertiô, quę ſint relatiuorum proprietates. Vltimô, propoſitus locus expendetur. Quantum ad primum; relatiua; primô dicũtur, quoniam cum alio conferuntur, ſeu comparantur. Secundô, relata; quamuis non ſatis rectè, cum rei eſſentia qualibet à temporis differentia abſtrahat. Tertiô; nominantur ea, quæ ad aliud ſunt affecta, ideſt, quorum natura eſt, ut ſint ad aliud. Vltimo dicũtur, ad aliquid, quod nomen ab Archita fuit excogitatum, receptum poſtmodū à Platone, & à Quintiliano. *lib.10.* Quantū ad ſecundum: Relatiua, ut per notiora loquamur, uel ſunt rationis, uel realia. Relatiua rationis ea dicuntur, quorum relatio ab intellectus opere pendet; ut genus, & ſpecies. Relatiua realia ſunt abſq; opere intellectus: & hęc in duplici ſunt diſcrimine; uel enim ſunt tranſcendētia, ideſt per quod-

libet

libet predicamentum uagantia, ut actus, & potentia: uel ſunt in vno ſolo predicamento collocata. Hec ſubdiuiduntur in relatiua ſecundum dici, & relatiua ſecundum eſſe. Sub relatiuis ſecundum dici complectuntur nonnulli etiam traſcẽdentia; quod mihi ſuadere non poſſum; cum traſcendentia formaliter in ſe relationem includant. Illa tamen relatiua ſecundum dici nuncupantur, iuxta communem ſententiam, quę primò, & principaliter rem abſolutam repreſentant, connotatiuè uerò, ideſt ex conſequenti relationem aliquam; ut ſcientia, ſignificans primò habitum quendam animi, qui eſſentialiter eſt qualitas primę ſpeciei; connotando nihilominus aliquam habitudinem ad ſcibile. Et hoc etiam dici poteſt alijs de relatiuis, abſoluta eſſentialiter importantibus; aliqua tamen cum connotatione, ut materia, & forma. Relatiua verò ſecundum eſſe ea dicuntur, quę primò, & principaliter aliquã ſignificant relationem; ut pater, qui formaliter, & primò paternitatem im portat, qua homo ad filium refertur. Hęc eſt communis explicatio huius ſubdiuiſionis, quam Louanienſes, ut tueantur, inquiunt hanc relatiui diſtinctionem rebus abſolutè non conuenire; ſed uocibus quatenus ſignificantur. Alij uerò nonnuli diuiſionem eiuſmodi rebus abſolutè conuenire iudicantes, inquiũt,

12. met. T.26.

2. phys. T.26.

relatiua ſecundum eſſe illa uocari, quorum eſſentia eſt ipſum ad aliud referri, tamquam ad terminum; pater enim relationem ad filium eſſentialiter includit. Relatiua verò ſecundum dici illa nuncupari, quę ideo ſunt relatiua; quoniam abſq; extrinſeca, & accidentaria relatione nequeunt explicari; quomodo ala eſt relatiuum: cum formaliter ſit aliquod abſolutum; eſt enim pars quędam ſubſtantialis auis; ipſi tamen accidit relatio quędam ad alatum, ſine qua nequit explicari. Illis ſi fortè objicias, inde ſequi relatiua ſecundum dici, quoad relationes illas annexas, ad predicam. relat. pertinere: reſpondét ſtatim, relationes illas utique in tali predic. reponi, non autem relatiua; quia formaliter non dicunt ipſas relationes, ſed aliquod abſolutum. Hęc tamen opinio non ſatis mihi placet propter multa. Primò, quoniam res ſimpiliciter in predic. nō collocatur; ſed eo modo, qui ponitur ſupra. Secundo, quoniam mihi uidetur implicare quodammodo, relationes ſcilicet in predic. collocari; minimè tamen ab ipſis denominata. Tertiò, quoniam ſcientia, communiter, eſt relatiuum ſecundum dici, & nulla poterit extrinſeca relatio aſsignari, qua referatur ad ſcibile. Propterea dicerem; dummodò liceat hic meam interponere ſententiam, relatiua ſecundum dici ideo ita uocitari, quo-

niam modum quendã relatiuorum habent in concipiendo; cum ſine alio concipi non poſsint, Aduertendum tamen eſt, quod, aliquod relatiuè concipi, duobus modis cõtingere ſolet: altero quidem modo, ut, ly, relatiuè, modum concipiendi determinet: altero uerò modo; ut obiectum, quod concipitur, ſimiliter determinet. Poſteriori modo ea relatiuę concipiuntur, quę uerè ſunt relatiua; ut pater, & filius. Priori uerò modo relatiuè concipiuntur quæ nullam includunt relationem in re; at concipi nequeunt, niſi modo relatiui, & propterea relatiua ſecundum dici nuncupantur, quaſi diminutè relatiua; ſicut, ly, mortuus, eſt conditio diminuens hominis. Aduertendum eſt etiam nonnulla eſſe in vnoquoq; predicamento, quę illius ſunt ſecundum eſſe; nonnulla uerò, quæ eiuſdem predicamenti eſſe dicuntur ſolummodo ſecundum dici, ideſt eo ſolum, quia habent modum d. predic. vnde inter ſubſtantias nonnullæ dicuntur ſubſtantię ſecundum eſſe, ut res, quæ uerè habent eſſe per ſe, quædam verò nominantur ſubſtantię ſecundum dici; ut ſunt accidentia in abſtracto quæ cum ſubſtantię modo ſignificant. In genere quoque qualitatis quędam ſunt qualitates ſecundum eſſe, quæ uerè ſunt qualitates; quędam uerò ſecundum dici, ut differentię ſubſtantiales, ſecundum Ariſt. cui

5. met. T. 19. cap. de diffe. ſubſcribitur Porph. dicens, differentiam prędicari in qualequid, ideſt eſſētialiter, ſed denominatiuè per modum accidentis; & ideo dicit, rationale; quæ forma eſt ſubſtantialis ipſius hominis, eſſe qualitatem eiuſdem. Eodem igitur modo in predic. ad aliquid, quędam ſunt relatiua ſecundum eſſe, quæ uerè, & realiter ſunt relatiua, quædam uerò ſecūdum dici, quæ quamuis uera relatiua non ſint; nec aliquam includāt relationē extrinſecam, uel intrinſecam; dicuntur tamen relatiua, qm̄ modo relatiuorū .i. cū alio ſemꝑ concipiuntur, & explicātur. Crederem, quód relatiua ſecundum eſſe poſſent ſecari in relatiua per ſe, & per accidens, ut quinto met.

T. 20. Philoſophus innuere uide?. Relatiua ꝑſe, ſecūdū Simpli. ea dicuntur, q̄ de ſuo principali ſignificato ad genus relationis ꝑtinent; ut pater, & filius: illa uerò ꝑ accidens, q̄ alterius generis exiſtētia, uel ſecūdariò relationi ſubijciuntur; ut Petrus pater, & Martinus filius. Subdiuidi poſſunt relatiua per ſe, ni fallor, in relatiua æquiparantiæ, & diſquiparantiæ. Æquiparātiæ ſunt illa, eiuſdem quę ſunt denominationis; ut ſimile; utrunque .n. extremum, ſimile, nuncupatur; ut cum dicitur, ſimile alicui ſimile eſt. Illa verò diſquiparantię, quæ diuerſa ſortiūtur nomina; ut pater, & filius: dominus, & ſeruus. Relatiua æquiparantiæ, i. æqualis comparationis, cō-

muniter loquẽdo, ſubdiuidi poſſunt in relatiua maioris comparationis; ut pater, & dominus: & minoris comparationis; ut filius, & ſeruus; maiores enim ſunt Dominus, & pater. Solent prçclariſsimi Doctores has etiam in communi relatiuorum, uel relationum diuiſiones aſsignare. Primò, relatiuorum alia mutua, alia non mutua ſunt; mutua ſunt quæ ex utraque parte realia ſunt; ut pater, & filius: uel rationis; ut genus, & ſpecies. Non mutua, quę ita ſe habent, ut vnũ reale, aliud uerò ſit rationis, ut ſcientia, & ſcibile; ſcientia enim, ut communiter uolũt, realiter ad ſcibile refertur; ſcibile verò ad ſcientiam non niſi ratione. Secundò, relationum intrinſecus alias, extrinſecus uerò nonnullas aduenire dicunt, quamuis huiuſmodi diuiſio à multis non recipiatur. Relatio intrinſecus aduenicus eſt relatio neceſſariô intrinſecum conſequens fundamentum, ut æqualitas quantitatem, ſimilitudo qualitatem, &c. At relatio extrinſecus aduenieńs fundamentum neceſſariô non conſequitur: uel non ſequitur neceſſariò ex utroque extremo poſito; poteſt .n. eſſe, quôd ipſe ſim, & columna exiſtat; & nulla tamẽ inter ipsã, & me relatio intercedat; ſaltem, me ab ipſa recedente, reſpectu propinquitatis. Interrogatus quæ nam relatiua in predic. ad aliquid reponantur? dicerem, ſola relatiua realia

lia per ſe, uti ſupra expoſitum eſt, ibi collocari, quæ etiam relatiua ſunt ſecundum eſſe, & intrinſecus aduenientia. Ratio; quoniam relatiua rationis non ſunt entia realia: relatiua ſecundum dici eſſentialiter ſunt abſoluta, ergo ſola relatiua realia, & etiam ſecundum eſſe. Quòd autem ea debeant eſſe, ralatio quorum intrinſecus aduenit; Scotus, eiuſmodi auctor diſtinctionis, apertè fatetur. Quantum ad tertium; relatiua duas habet communitates, duaſq; proprietates. Prima communitas eſt, relatiua habēt contraria; quoniam, vt inquit Ariſt. virtus, & vitium ſunt relatiua, & etiam contraria, vt patet. Quod optimè conſiderans Simplici. inqt, quòd virtus, & vitiū dicuntur relatiua, vel ratione generis .i. habitus: vel, quia virtus eſt quędā mediocritas, vitium verò exceſſus, & defectus. Franc. de Mayronis, ſuper predic. ad aliquid, conformiter inquit; quòd virtus, & vitium ſunt relatiua, quatenus prior conformitatem ad rectam rationem; poſterius verò difformitatē dicit: & quòd contrariantur ratione abſoluti .i. fundamenti. Aliud dat ibi Ariſt. exemplum; nēpe de ſcientia, & ignorantia: ſumendo doctrinam pro vera opinione, & ignorantiam pro falſa exiſtimatione; quomodo & contrariā, & relatiua quodammodo dici queunt. Sed hic multa contingunt conſide-

In predic ad aliqd

paſſu 30

ratione

ratione digna Primum eſt, quòd nulla relatiua, ut ſic, habent contraria; vnde Ariſt. in predic. de quātit. hoc ſentiens dixit, magnum, & paruum non ſunt contraria, quia ſunt relatiua. Secundum eſt, quòd relatiua ſuſcipiunt magis, & minus ratione fundamenti; quare hoc illa ſolummodo patiuntur, quę fundantur in qualitate; non autem quę in ſubſtantia, vt idem, & diuerſum; vel in quātitate; ut duplum, & dimidium. Et ratio eſt, quoniam illa forma propriè ſuſcipit magis, & minus, quę gradatim radicatur in ſubiecto, quod fit propter reſiſtentiam contrarij eodem in ſubiecto, & talis reſiſtentia in qualitate propriè reperitur. Adeſt hic tamen difficultas; videtur enim ſequi quòd intenſo fundamento, & remiſſo; relatio quoq; intenderetur, & remitteretur, quod nihilominus per id falſum apparet, quoniam intenſa, vel remiſſa albedine non ideo intenditur ſimilitudo, remittiturue. R. quòd in tenſio fundamēti nō eſt intēſio relationis; ſed vtiq; relationi illi intenſio, remiſſioue conuenit, cuius fundamētū ſecūdū intēſionē, remiſſionéue poteſt variari; producitur. n. ac uariatur relatio ad variationē, & productionē fundamenti. Non intelligas tamen hoc de intenſione, vel remiſſione propriè dicta, ſeu phyſicè, verum logicè, quod attenditur penes maiorem, minoremue acceſſum, ad veram ſimi-

litudinis,vel æqualitatis unitatem;ita ut illa v.g.magis ſimilia dicantur, ad perfectam ſimilitudinem quæ magis accedunt. Eo ſolidatur,quòd licet æquale, & inæquale vulgariter loquendo, ſeu latè,magis, & minus ſuſcipiant,quomodo intellgitur Ariſt.in predic.ad aliquid ; propriè nihilominus nec magis,nec minus ſuſcipiunt;ſed utique vna quantitas cum alia comparata efficit, ut id, quod æquale, uel inæquale dicitur magis,& minus ſuſcipiat: & hæc ſufficiunt etiã pro explicatione ſecundæ cõmunitatis;utraq; tamẽ dicitur cõmunitas, quoniã alijs competunt, &c.unde colligitur ratio communis, ut illud ſit, quod pluribus adaptatur. Prima proprietas eſt,vt ad conuertentiam relatiua dicantur. Vbi animaduertendum eſt, quòd apud philoſophum quinq;modis conuerſio ſumitur:primô in ſyllogiſmis,vt quando minor fit maior propoſitio: ſecundò in propoſitionibus, quę triplex eſt; nempe ſimplex, per accidens, & per contrapoſitionem, ut nouitijs etiam patet: tertiò in terminis, vt euenit inter ſubiectum,eiuſq;propriam paſſionem: quartò in rebus,vt quando ex aqua fit aer,& è conuerſô:vltimô in relatiuis,quę non dicuntur ſolummodo reciprocari, quoniam ſimul ſunt; ſed etiam, quoniam vnum ad aliud habitudinem dicit. Circa hanc proprietatem multa dicit Ariſt. quę dilucida-

tione egent. Dicit enim primò, quòd aliorum ſunt alę; quæ non ſunt aues. Pro quo ſciendum eſt, qd eorum, quæ uolant, ut meminit Philoſophus in primo libro de hiſtoria animali. tria ſunt genera. Primum genus eſt eorum, quæ habent alas penngeras, ſciſſas, & ſectas: & hæ verè aues appellantur; ut paſſeres, cordueles, &c. Secundum eorum eſt, quę pennarũ loco membranis utuntur, ut apes, cicadæ, &c. Tertium uerò eorum, quæ pro alis cute utuntur, ut ueſpertiliones. Secundò dicit; multa enim animalia ſunt capita nõ habentia, ſupple tu, diſcreta, uti nos habemus; quarè lib. quarto de hiſtoria animalium, & quarto de parti. inquit, quædam animalia caput habent diſcretum; quędam uerò non, ut cancri. Plinius, ad rem hanc, lib. quinto, & undecimo de quibuſdam populis meminit caput non habentibus diſcretum; ſed oculos in pectore. Vltimò dicit incidentaliter, quòd accidit domino ipſe homo; ac ſi homo accidens eſſet. Ideo non eſt ignorandum accidens dupliciter ſumi poſſe. Altero modo, ut à ſubſtantia ſeparatur. Altero uerò modo, prout eſt extra naturam, & quiditatem alicuius, etiam ſi fuerit ſubſtantia, & hoc eſt illud accidens, quod extraneum ſolet appellari, de quo Ariſt. dictum uerificatur; nõ eſt enim de eſſentia domini, quòd ſit homo; immo dicimus etiam homi-

cap 5. *cap. 3.* *cap. 10.* *cap 8. & 37.*

nem accidere animali; cum eius de quidita te non ſit, qđ ſit homo. Secunda relatiuorũ proprietas eſt, ut ſimul ſint natura. Sed illa dicuntur eſſe ſimul natura, quorum vno pòſito, alterum quoq; inferri; & ſublato, tolli neceſſe eſt:& nunquam, ſi alterum ſit, alterum non eſſe poteſt. Animaduertendum tamen eſt, quòd relatiua tripliciter conſiderari poſſunt: vno modo quantum ad ſua ſubiecta, & fundamenta; & ſic vnum eſt prius altero, ut pater filio: ſecundo modo, inquantum habent dependentiam inter ſe .i. quòd vnũ alterius terminat dependẽtiam, & è contra; quomodo unum etiã eſt altero prius, & quodammodo notius, quatenus terminat: tertio modo quantum ad eſſe, quod habẽt ſub forma relationis, ſub qua ſimul ponuntur; vnde ſtatim poſito patre ſub paternitate, ponitur filius ſub filiatione, & è conuersò; & hoc modo dicuntur eſſe ſimul natura. Et quamuis dicat Ariſt. hanc proprietatem quibusdam in relatiuis locum non habere; loquitur nihilominus ſecundum famoſitatem; quoniam re uera omnia, quę uerè ſunt relatiua, ſeu correlatiua, ſunt ſimul natura. Sed adeſt dubium de ſcientia, & ſcibili, quę relatiua dicuntur, attamen ſcientiam ſcibile prę cedit; vnde eclypſis in Luna multô antea ſcibilis erat, quàm à Thalete fuerit ſcita, qui primus inuenit quomodo defectus luminis

contingat in Luna.i. eclypſis: nempe propter umbrę terrę interpoſitionem inter ipſá, & Solem: & Ariſt. aſſerit, quadraturam circuli ſcibilem eſſe; adhuc tamen ignoratam. Reſpõdetur, quòd vnus error, qui committi ſolet in aſsignatione relatiuorum; eſt, ut nõ eodem modo relatiua ſumantur; ſed vnum in potentia, alterum uerò in actu, ut Ariſt. facit. inquiens, ſcibile, & ſcientia eſſe relatiua; ſcibile namquę potentiam, ſcientia uerò actum importat, & ſic diuerſimodè ſumit; ſed nõ eſt mirum, quoniã multa dicit Ariſt. ad mentem aliorum, & ſecundum famoſitatem; pręcipuè in libris introductorijs; quare eſt aliquo modo excuſandus. Verum igitur correlatiuũ ſcibilis, ſecundum illuſtriores Gręcos, eſt ſcitiuum: & ſcientię eſt ly, ſcitum. Quantum ad id, quod dicitur de quadratura circuli, animaduertendum eſt, quòd non eſt aliud, niſi quadratum circulo ęquale omnino; quod quadratum, ſecundum Euclid. eſt ęquilaterum, & rectangulum, ideſt figura quędam, quatuor habens ęqualia latera, & quatuor rectos angulos; circulus uerò figura plana, vna linea contenta, quę circũferentia dicitur, ad quam vno puncto intra figuram exiſtente. omnes rectę linea pertinentes ſunt ęquales. Et inuenire quadraturam circuli nihil aliud eſt, quàm inuenire proportionem inter lineam circuli diame-

lib. 1. element. diffini. 30.

eodẽ lib. diffi. 15.

tralem,& totã eiuſdem circũferentiã, ideſt quoties reaſſumptus diameter totam ſui circuli adęquatè, ac punctaliter, ideſt indiuiſibiliter circunferentiã menſuret. Quod multi hucuſq; ſunt prçſtare conati; ſed inuanum laborauerunt, etiam ipſe Archimedes. Eiuſmodi proportio, pro intelligentia, conſiſtit in multiplicatione tripli ſexquiſeptimi; ideſt quòd circunferentia ter cum ſeptimo contineat diametrum circuli, qui eſt recta quędam linea per centrum ducta, & ex utraque parte ad circunferentiam terminata. Et quoniam talis proportio, mathematicè ſaltem, ſemper aliquã patitur differentiã; ideo perfectè nunquam fuit inuenta; nec credere quód inuenibilis ẽẽt ab intellectu humano. Eandem circa proprietatem dum uerſatur Ariſt. nonulla dicit ulterius, aliquã quę indigent explicatione. Primò enim dicit; quòd animali corrupto etiam ſcientiã, quę in illo reperitur, corrumpitur; ſupple tu, ab eiuſdem doctrina minimè recedendo, ut alibi ſole clarius oſtendam; quantum ad actum, & modum intelligendi; non autem ſimpliciter, & abſolutè. Propter quod maximè delirant ex eo loci qui habere uolunt animam noſtram à corpore ſeiunctam non permanere. Secundò dicit, quòd in paucis contingit, ut ſcientia ſit ſimul cum ſcibili. Et hoc ideo dicit; quoniam duplex pronunc reperitur,

ſcientia, ſpeculatiua ſcilicet, & practica: prius eſt ſcibile ſcientia ſpeculatiua, modo quo expoſitum eſt; non autem ſcientia practica, immo eſt poſterius; quoniã inuentores practicarum prius inuenerunt ſcientias, quàm res; vnde domificator prius in animo ſuo cõcepit domum conficiendam, quàm ſit domus. Tertiò reuocat in dubium, an aliquã ſcilicet ſubſtantia dicatur ad aliquid? quæ dubitatio locum non habet in primis ſubſtãtijs, quę ſunt particulares; non enim dicitur Petrus eſt alicuius Petrus: neque in eius partibus integralibus; cum non dicamus, ſi, Petri manus alicuius eſt manus: neque in ſecundis ſubſtantijs, quę ſunt uniuerſales; quare non dicitur homo alicuius eſt homo; illud enim genitiuum poſſeſsionem, potius quàm relationem ſignificat. Solummodò aliquam uidetur habere uim in partibus integralibus ſecundarum ſubſtantiarum; uidetur enim ſatis commodè dici poſſe, caput, uel manus alicuius eſt manus, &c. Soluit, negatiuam partem ſubſtinendo, per quandã relatiuorum neceſſariam conditionem; uidelicet, quòd vnum relatiuorum non poteſt cognoſci, niſi alterum determinatè cognoſcatur: & ratio eſt; quoniam, ſicut non poſſum cognoſcere hominem, niſi eius cognoſcam eſſentiam; ita, cum eſſe ad aliud ſit de relatiui eſſentia, nõ potero ipſum cognoſcere, niſi

ſuũ correlatiuũ diffinitè cognouero. Quãuis igitur dicatur, caput alicuius eſt caput: vel manus alicuius ſunt manus, &c. non ꝓpterea ſunt ad aliquid; quoniã determinatè poſſum cognoſcere caput, & ſi, cuius ſit caput, non determinatè cognoſcam. Quod non contingit in ueris relatiuis; cum non poſsim cognoſcere patrem definitè, niſi filium quoq; determintè cognouero. Quantum ad ultimum; ſenſus propoſiti loci talis eſſe uidetur. Illa ſunt ad aliquid, idẽſt ad aliud, idẽſt relatiua: quorũ ipſum, ꝙ ſunt. i. quorũ natura eſt ad aliud dici, & referri. Et quoniã id pluribus modis fieri poteſt; nempe nõ ſolũ per caſum genitiui; vt pater eſt filij pater: ſed etiã per caſum datiui, ut ſimile eſt ſimili ſimile; nec non per caſum ablatiui; ut ſenſibile eſt ſenſu ſenſibile; ideo ſubdit Philoſophus, uel quomodolibet aliter ad aliud. Pro complectæ tamen notitia ſciendum eſt; quòd, ut communiter dicunt, duę traduntur ab Ariſt. relatiuorum diffinitiones, altera ſiquidem, de qua iam dictum eſt; altera uerò, in qua dicitur, Ea ſunt ad aliquid, quibus hoc ipſum eſt eſſe, ad aliquod quodammodo ſe habere idẽſt ea ſunt relatiua, quorum natura eſt ad aliud aliquo pacto, idẽſt uel per caſum genitiui, uel datiui, &c. ſe habere. Aiunt nonnulli primam ab hac ſecunda diffinitione non niſi uerbis diſtare; attamen, iuxta commu-

nem

nem ſententiã maximè errant,& ideo dicen-
dum arbitror alteram ab altera longè diſta-
re. Primò, quoniam in prima ponitur ver-
bũ, dici, in ſecunda verbũ, eſſe, quę duo ſatis
diſtant; cum dici ad aliud non poſſit fieri ſi-
ne operatione intellectus unum relatiuum
cum altero conferentis; eſſe verò ad aliquid
naturam ſignificat relatiuorum abſq; ulla in-
tellectus operatione. Secundò, quoniam cir-
cà ſecundã non contingit dubitare, ſicut cir-
ca primã; vt facit Ariſt. quare dicere poſſu-
mus ſecũdam priori clariorem eſſe. Tertiò,
quoniam prima diffinitio conuenit relatiuis
tam ſecundum dici, quàm ſecundum eſſe; ſe-
cunda verò ſolummodò relatiuis ſecundũ
eſſe. Sed cùm relatiuorum eſſe ſit ad aliud
ſe habere, non immeritò dubitatur, an termi-
nus relatiui, q. correlatiuũ dicitur, terminet
ſub ratione abſoluta ſui fundamenti; an ſub
ratione relatiui .i. an filius terminet relatio-
nẽ patris quatenus animal: an verò ſub ra-
tione relatiua .i. ꝓpter filiationẽ? Vnde alte-
ra neceſſariò ſuboritur dubitatio, an relatio
ſcilicet à fundamento realiter diſtinguatur?
Pro clara ſolutionum intelligentia pręmit-
titur, multa in vno quoq; relatiuo reperiri,
& facili vtens doctrina de more meo; dico,
quòd primum eſt ſubiectum, quòd extremũ
etiam ſolet appellari, & eſt illud, quod à rela-
tione nominatur, vt Petrus. Secundum eſt

ſundamentum, quod eſt cauſa, ut ſubiectum referatur, cuiuſmodi eſt qualitas, per quam Petrus ſimilis alicui, uel diſsimilis dicitur. Tertium eſt ratio fundandi, quę conditio quędam eſt, ſine qua relatio fundamentum non ſequitur; vnde vnitas, uel conuenientia qualitatis, ut ita dicam, ratio eſt fundandę ſimilitudinis. Quartum eſt ipſa relatio, qua ſubiectum relatiuum nominatur; uti ab albedine denominatur album. Quintum eſt ipſum relatiuum à relatione denominatum; ut à paternitate pater, & à filiatione filius. Poſtremum eſt terminus, ad quem primò, & per ſe relatiuum refertur; vnde filius terminus eſt reſpectu patris; quoniam pater, qua pater, primò, & per ſe ad filium refertur. Dicitur modò ad primam du-
1.5. d. bitationem ex ſententia Scoti, quòd omnia
30.q.1. relatiua terminantur ad ſua correlatiua ſub ratione abſoluta; uel, ſecundum eſſe abſolutum; quamuis Caietanus oppoſitum ſentiat multis in locis, precipuè prima par-
q.13.ar. 7. te ſummę D. Thom. ubi particularem quęſtionē agitat de tali re. Si mihi liceret inter ipſos aliquam concordiam ponere, dicerem, omni iactantia remota, pro opinionū ſolummodò, & non fundamentorū conciliatione, quòd relatiua terminari ad ſua correlatiua. i. dependere ab ipſis, duobus contingit modis; nempè primatiò, & conſecu-

tiuè

tiuè:uel intrinſecè, & extrinſecè. Intrinſecè, & primariò terminantur ſub ratione abſoluti; at conſequtiuè, & extrinſecè ſub ratione reſpectiui. Inde clara fit hęc diſtinctio, quoniam uariatis fundamentis, ipſę etiam in ſe uariantur relationes; ut in illis patet, quantitatem quę conſequuntur. Ad ſecundam dubitationem dicitur breuiter, relationem à ſuo fundamento, non re, ſed ratione differre; eadem enim res albedo eſt, & ſimilitudo fundata in ipſa; differunt tamen ratione; quoniā albedo ſimpliciter, & abſolutè conſiderata, parietem facit album; & hac ratione nulla eſt relatio. Sed ſi albedo eadem, quę eſt in vno pariete, in ordine ad alium parietem conſideretur, tunc fit relatio. Nec magnifació in oppoſitum ſi ponatur, quòd relatio accidit realiter ſuo fundamento; ſecus enim predicamentum ab eo diſtinctum non conſtitueret: & per conſequens, quòd ſit alia res ab eo. Dicō.n.quòd relatio duo importat, vnū ſcilicet in recto, & alterum in obliquo; ut ſimile eſt ſimili ſimile; primum, nempe, ſimile, eſt aliquod rectum: ſecundum; nempe, ſimili, eſt aliquod obliquum: modo dico, quòd relatiò, ut importat illud obliquum, quod dicitur etiam terminus ad quem, acccidit fundamento, non ſuo, ſed termini à quo; vel, illius, quòd per relationem importatur in recto; vnde

ſeruatur

ſeruatur diſtinctio realis predicamentorum, & identitas realis relationis cum ſuo fundamento.

Dilucidatio textus 10. primi lib. Phyſicorum.

cap. 13.

SICVT maximę difficultatis; ita eximię vtilitatis eſt textus ille, in cuius dilucidatione ita me geram. Primò, cùm ibi de principijs agatur; quot modis ſumatur principium oſtendam. Secundò, quid ſit principiũ in cõmuni, vt propoſitus locus exigit, & quomodo à cauſa diſtinguatur, aperiam. Tertiò, de conditionibus primorum principiorum rerum naturalium verba faciam. Ex premiſſis poſtremò textum elucidabo. Quã

T.1. tum ad primum: Ariſt. quinto metaph. quẽ librum perſepe, de toties appellat, cum de multiplici vocum ſignificatione agatur in ipſo, quinq; ponit primò acceptiones huius dictionis, principium: omnes, deinde, ad quoddam commune redigit. Ab euius doctrina minimè recedendo breuiter; & facilè ita dicendũ arbitror. Primò ſumitur principiũ pro termino, à quo incipit motus localis rectus; ſicut terminus, ad quẽ dicitur vltimum, vel finis: proportionabiliter etiam principium, & vltimũ aſſignabitur in motu,

&tempore; cum vnum ad alterum, ordine iam dicto, ſequatur. Huiuſmodi principiũ, & vltimũ datur etiam inmotu alterationis, & mediãte alteratione etiã in tranſmutationibus ſubſtantialibus, ideſt in generatione, & corruptione, quę de ſe ſunt inſtantaneę. In motu locali, & circulari quamuis non poſſit diſcretè, & realiter principium, vel vltimum aſsignari, deſignatiuè tamen perſępe ab Aſtrologis utrumque deſignatur. Secũdò ſumitur pro eo, quod eſt facilius cognitu; ſicut ipſemet in philoſophia naturali ſeruauit de effectibus prius, quàm de cauſis agẽdo: & hoc, principiũ in cognoſcẽdo, uel in inferẽdo tantũ, dici ſolet. Tertiò, pro eo, q̃d primò in re, & intrinſecè ꝓducitur: uel ꝓ eo, à quo primo res effectiuè, & extrinſecè generatur. His declaratur exemplis: fundamentum eſt principium domus, primo modo; pater uerò filij ſecundo modo. Quartô, pro eo, à quo primò inferiora mouentur; nedum in moralibus; verum etiam in artificialibus; à decreto enim principis ſubditi mouentur; & à iuſſu architecti domificatores. Vltimò pro eo, per quod res primô cognoſcitur à priori, diſcurſu intellectus; vt ſunt notiſſimę propoſitiones, quę dignitates, vel poſitiones ab Ariſt. dicuntur primo poſt. Tale principium, cum ſit principiũ etiam in eſſendo, compręhẽdit ſub ſe T 5. 194.T.

principi-

principia, vnde ortũ habent res naturales, & de ipſis in ſequentibus ſermo erit. Quantum ad reductionem, inquit quòd principium, abſolutè loquendo; eſt primum in aliquo ordine, ante quod, ſupple in tali ordine, nullum eſt tale. Huiuſmodi autem principium poteſt eſſe; vnde res fit, ut in propoſito textu loquitur: aut ũde res fit nota, ut pri
*T.*30. mo poſt. &c. Quantum ad ſecundum; principia, uti de ipſis in propoſito textu fit ſer-
1. *phyſ.* mo, communiter ita deſcribuntur à Philo-
*T.*42. ſopho. Prima principia ſunt, quæ neque ex alterutris, ideſt nec ex ſeſe mutuò fiunt; cũ ſint contraria ex communi omnium conſenſu, ut ibidem oſtenditur: nec ex alijs. i. non componuntur ex alijs principijs; tunc enim non eſſent prima principia, cũ alia haberent ſe priora, ex quibus conſtarent: ſed ex ipſis omnia fiunt, ideſt omnes res naturales dependent ab ipſis, uel in fieri, uel in facto
5. *met.* eſſe; de his tamen clarius infra. D. Thom.
lect. 1. hunc ordinem ponit inter principium, cauſam, & elementum; uidelicet; principium cõmunius eſt, quàm cauſa; quoniam terminus à quo, eſt motus principium, & non cauſa. Cauſa, deinde, latior eſt elemento; cũ ſola cauſa intrinſeca, nempe materia, uel forma, preter quas aliæ ſunt, elementũ poſſit appellari. Dicit poſt modum idem Doctor, & optimè; quod ſutari non ſunt uerecũ

dati

dati moderniores Neapolitani ſcribentes, quód in hoc, ulterius, principium diſtat à cauſa; quoniam principium ordinem quendam importat, cauſa uerò influxum ad eſſe cauſati; quare, licet ſint idem ſubiecto ſcilicet principium, & cauſa; differunt tamen ratione. Quantum ad tertium; tres ſunt primorum principiorum conditiones, quę iam data in ipſorum diffinitione ponuntur; ſed in primis duabus conditionibus ly, ex, connotat ſolummodo habitudinem partis conſtituentiſq; in tertia uerò ſubiecti etiam, ac termini; ſub hoc ſenſu, materia, forma, & priuatio, abſolute ſi ſumantur, non fiunt ex alijs; cum ſint ſimpliciter ſimplicia, uti dictum eſt: nec ex alterutrius; cum nullum primorum principiorum ſit pars alterius; uel, quatenus ſunt ęque prima; uel, quia ſunt contraria, uti dictum eſt. Et omnia, quę fiunt, ex ipſis fiunt; nempe ex materia; uti ex ſubiecto, & parte: ex forma uti ex termino ad quem, & ex parte: ex priuatione, uti ex termino à quo, & non uti ex parte; cum non remaneat in re genita. Circa tamen hanc ultimam conditionem eſt ulterius perſcrutandum; ſicut etiam circa primam. Quare dicendum eſt, quód hic accipitur principiũ pro principio intrinſeco generationis rei naturalis, generabilis, & corruptibilis: inde fit clariſsimum; quoniam in *1. phyſ. T. 60.*

quit

T.60. quit poſtmodum, quot igitur principia sũt naturalium rerum, quibus generatio competit, &c. Deinde, ultima conditio ita expli cari debet. Ex ipſis fiunt omnia, ſupple, quę ſecundum ſubſtantiam generantur. Si tamen ipſam ad generationem etiam acciden talem extendas; dicas, nec ex alijs fiunt eodem genere mutationis. Ad poſtremum di citur, quòd in illo textu tria ponuntur præcipuè, in quib. tota difficultas eſt collocata. Primum eſt, quòd infinitum non eſt cognoſcibile. Secundum, quòd in omni genere vno eſt vna contrarietas, & per conſequens in ſubſtantia contrarietas reperitur. Tertiũ quòd oportet principia ſẽper manere. Quãtum ad primum, eadem propoſitio habetur etiam primo poſt: tertio phys. & multis alijs
T.39. in locis. Pro explicatione dicimus breuiter
T.65. quòd triplex eſt infinitum, pro nunc; durationis nempe, ſecundum quam infinitatem aliquod dicitur ſemper manere idem; uti Deus benedictus, qui eſt etiã infinitæ perfectionis, vel bonitatis eſsẽtialiter & ad intra. Secundò eſt infinitum vigoris, ideſt virtutis, vel potentię ad extra, quę conſiſtit in hoc, quòd omni effectu dato, vel dabili, poteſt in quemlibet maiorem. Tertiò eſt infinitum magnitudinis continuę, vel diſcretę, cuius finis nõ extat. Infinitum primo, & ſecundo modo ſumptum, ideſt Deus Benedictus, eſt

cogno

cognoſcibile à nobis; etiam naturaliter, ſaltem per effectus. Infinitum tertio modo ſũptum, uel eſt in actu, uel in potentia: primo modo non eſt à nobis, ſaltem in via, cognoſcibile. Sed vtiq; ſecundo modo, cum infinitum in potentia ſit finitum in actu; & propterea cognoſcibile. Dixi, quod infinitum in actu non eſt cognoſcibile, ſupple, poſitiuè, & ꝓpriè; ſed vtiq; negatiuè, an ſit, vt etiã euenit de vacuo: vel ex ſuppoſitione, ideſt ſi eſſet infinitum, ſequeretur &c. Quantum ad ſecundum; In vnoquoque genere, non propinquo; ſicut eſt color ad albedinẽ, & nigredinem: ſed remoto. i. in omni vno prędicamento eſt vna, ſupple, ſola prima contrarietas; quod dicitur propter ſecundas contrarietates, quę non inſeruiunt ad indagandũ numerum principiorũ, niſi remotè. Sumitur contrarietas largê, ideſt vt ſe extendit ad habitum, & priuationem; per quod fit clarũ, quomodo in ſubſtantia cõtrarietas reperiatur, ſumẽdo ſubſtantiã ꝓ ſubſtãtia cõpoſita, quę tamẽ in prędicamẽto reponitur ꝓpter modũ prędicãdi, quem habet à forma. Quantum ad vltimum, uarij ſunt exponendi modi. Moderni Patauini, in ſecundo volumine dilucidationum, non benè Ammonium intelligentes, neq; benè eius opinionem referũt; vera enim Ammonij ſententia eſt hęc, quòd non eſt intelligendum, quòd princi- 1. poſt. T. 34.

pia ſemper maneant ſecundum tempus; ſed vtiq; quòd in omni,quod fit,atq; corrumpitur,pręter materiam forma,& priuatio reperiuntur.Conſonat Ariſt.ſecundum quem expreſsè materia eſt ęterna,non poteſt eſſe denudata omni forma, & ſemper habet priuationem adnexam, in corruptibilibus ſaltē, reſpectu quorū eſt hic ſermo de principijs; quare immeritò Ammonius reprehenditur ab ipſis. Reprehendunt etiam Alexandrū, & ad hoc deueniunt,quòd ſi principia,in cōmuni, eſſent ęterna, vti multi etiam alij dicunt; & ſunt contraria, tunc omnia contraria eſſent principia,quod Ariſtoteles nō admitteret. Non concedit Ariſt.quód ſint prima principia,ſed nō dicit quòd aliquo modo nō ſint principia.Inſpiciamus queſò textū;inqt Ariſt.Amplius ſunt alia alijs priora cōtraria,ideſt ex principijs, quę ſunt contraria, quędam ſunt priora, quędam verò poſteriora:poſteriora ex prioribus fiunt, ideò priora oportet ſemper manere,ideſt in omni tempore; cum, ſecundum ipſum,generatio ſit ęterna ex parte efficientis, & ex parte ſubiecti nunquam forma,& priuatione carētis. Dicunt ipſi poſtremó, propriam ponentes opinionem; principia oportet ſem p manere,ſupple,in ratione principij,ideſt ut ex alijs minimè fiant,quoniam tunc non eſſent prima principia, quod nōn uiderunt

ipſi

ipſi,& fruſtra laborant in ſequentibus eodē capite, uel dilucidatione; immo conueniunt cum Alex. Sed, eſto, quòd ſit diuerſa reſponſio; Saltem non eſt noua; vnde non uiderunt Neapolitanos ante ipſos per longū tēpus ſcribentes, ita ut q libet uidere ualeat. Addunt Neapolitani, quòd principia non fiunt ex alterutris, ſecundum textum, & ideo ſunt etiam ęterna; ſed ly, non fieri ex alterutris, intelligas tu, in eodem genere principij, quoniam in diuerſo genere non incōuenit; forma enim à materia dependet ſubiectiuę; ſicut materia à forma terminatiuè, &c. quare, ſecundum talem reſpectum, remanēt etiam ęterna, ſecundum Philoſophum. Si liceret in tam graui re aliquid ulterius ponere, dicerem talem dictę propoſitionis eſſe ſenſum. Principia oportet ſemper manere .i. prima principia rerum naturalium, ſpecificè, ſunt tria, nec poſſunt multiplcari, uel diminui; principia uerò ſecundaria poſſunt uariari; immo augeri, & diminui, etiam ſecundum ſpeciem. Propterea textus exemplificat de dulce, & amaro, &c.

Quomodo intelligatur illud, quod habetur in prima ſpecie qualitatis; ſunt autem habitus, & diſpoſitiones, & non e contra.
cap. 14.

HABITVS ab habendo deriuatur. multisque ſumitur modis. Primò enim habere ſignificat aliquid ſimpliciter cõtinere, ut habere quantitatem, pecunias, &c. quomodo nõ pertinet ad categorias; quoniam per omnes res uagatur; ſed ad poſt predicamenta ſolummodo pertinet. Secundò ſignificat aliquod nobis ad iunctum, uel adiacẽs, ut habere veſtem, &c. quo pacto ad ultimã categoriam pertinet. Tertiò ſumitur habitus ꝑ forma perfecta, & completa; uti ſumitur ab Ariſt. primo de generatione animalium. Vltimò pro affectione, ſeu qualitate, quę difficillimè a ſubiecto remouetur; quomodo ita deſcribi ualet. Eſt diſpoſitio, ſecũdũ quã benè qs, uel malè diſponitur ſiue ſecũdũ ſe, ſiue ſecundũ aliud: ſecũdũ ſe, ut ſanitas, uel pulchitudo; ſecũdũ uerò aliud; ut uirtus, & ſcientia, quę ad operandum concurrunt: & hoc modo pertinet ad propoſitũ locum. Habet habitus, hoc modo ſumptus, tres cauſas, ſubiectum ſcilicet, efficientem, & finem. Subiectum illud appellatur, ubi habitus reperitur; vnde illud dicitur habitum

cap. 55.

5. met. T. 25.

ſuſcipere; quod ſuapte natura poteſt aſſue-
fieri ad aliquod benè, uel malè agendum.
Hinc hę oriuntur habituũ diſtinctiones; ut
quidam in corpore, alij uerò in anima ſint.
Qui ſunt in corpore, uel ſunt in toto corpo-
re, illud conſeruãdo; ut ſanitas, robur, & pul
chritudo: uel in parte corporis; ut habitus
ſonandi in manibus, ſaltãdi in pedibus, &c.
Qui ſunt in anima, aut ſunt in uegetatiua; ut
habitus famem, uel ſitim patiendi: aut in ſen
ſitiua, & hoc dupliciter; aut in cognoſcen-
te, ut uidendi, audiendi, &c. aut in appeten-
te; & ſi in concupiſcibili, erit habitus tempe-
rantię, &c. ſi autem in iraſcibili, erit habitus
fortitudinis, &c. Sed aduerte, quòd habitus
ſenſitiuæ cognoſcentis ſatis largè dicuntur
habitus; quia non propriè ſubiectum deno-
minant. Aut ſunt in anima rationali; & tunc
aut in uolũtate; ut habitus iuſtitiæ, &c. aut in
intellectu; ut ſciẽtia, ſapiẽtia, &c. aut in me
moria, ut habitus reminiſcendi. Cauſa effici
ẽs habituũ, ſecũdũ Ariſt. multis in locis, ſup
poſita naturali diſpoſitione, eſt exercitium, *2. & hic cap. 2.*
ſeu conſuetudo. Cauſa finalis eorumdem
eſt actio, uel operatio, interna, uel externa:
Diſpoſitio, inſuper, duobus ſumitur modis
primò abſolutè: i. ut qualitatem dicit, qua
ſubiectum ad aliquod benè, uel malè diſpo-
nitur: ſecundò ſumitur contractè. i. ut dicit
qualitatem de facili mobilem à ſubiecto.

Primo modo ſumpta quoddam commune eſt ad habitum, & diſpoſitionem propriè ſumptã; vnde fit, ut per diſpoſitionem habitus diffiniatur. Secundo uerò modo ſumpta diſtinguitur contra habitum; quomodo etiam ſumitur in propoſito. His ita poſitis dicimus, quòd verus ſenſus ꝓpoſiti loci, ad explicandum, eſt hic. Habitus ſunt diſpoſitiones, & non è contra. i. habitus ſupponunt diſpoſitiones, quæ præcedere debent, cum prius ſubiectum ſit diſpoſitum, quàm habituatum; licet hoc non ſemper de neceſsitate contingat. At diſpoſitio habitum non ſupponit; poteſt enim aliquod ſubiectum diſpoſitum eſſe; non autem habituatum. Hac habita occaſione diſputant Doctores, quomodo habitus, & diſpoſitio diſtinguantur? Breuiter eſt opinio D. Thom. habitum à diſpoſitione ſpecie ſeiungi exiſtimantis, per quaſdã differentias nobis ignotas, quas Ariſt. circũloquutus eſt per eſſe facilè, uel difficilè mobile, &c. Communis tamen opinio tenet habitum a diſpoſitione diſtingui, non eſſentialiter; ſed, ſicut perfectum ab imperfecto in eadem ſpecie; quomodo uir, & puer in eadẽ ſpecie hominis differunt. Pro intelligentia, uel conciliatione, ſciendum eſt, quòd habitus latiſsimè ſumptus eſt duplex. i. alius eſt habitus eſſendi, quo res ad ſe benè, uel malè diſponitur; ut ſanitate, pulchitudine, &c. Ali

us uerò eſt habitus operãdi, quo potentia ali
qua ad operãdũ diſponitur; ut habitus, cur-
rẽdi, &c. Inter quos habitus hęc eſt differẽtia
quòd habitus eſſendi eſt habitus corporis;
exiſtens ſubiectiuè in toto corpore, ratione
materiæ. Operandi uerò habitus nullo mo
do principaliter in corpore exiſtit; uerum
ſecundariò. Vlterius, per diſpoſitionem,
in propoſito loco, poteſt intelligi habitus eſ
ſendi: & ꝑ habitũ, habitus operãdi. Vel, per
diſpoſitionẽ habitus imꝑfectus; per habitũ
uerò habitus ꝑfectus. Primo modo loqui
tur D. Thom. ſecundo modo communis opi
nio. Si quæreres tamen, quænam ſit proba
bilior opinio? ipſe ſum cum D. Thom. pri-
mò, quoniam literæ magis conſonat: ſecun-
dò, quoniam habitus corporis diſpoſitiones
potius dicuntur; homines enim ſanos, pul-
chroſue benè diſpoſitos, & non habituatos
dicimus: tertiò, quoniam nonnulla eſſentia
liter ſunt habitus; at ſecundum modum, dici
poſſunt diſpoſitiones, & è contra; vnde mirũ
non eſt, ſi Ariſt. ſcientiam imperfectam diſ-
poſitionem quodammodo dicit; cum nõ ſe-
cundum rem; cæterum ſecundum modum
diſpoſitio dicatur.

Dilucidatio ſuper textum tertium ſecundi phyſ. vbi dicitur. Natura eſt principium motus, & quietis in quo eſt primũ, per ſe, & non ſecundum accidens.

cap. 15.

MVLTIS modis natura ſumitur. Primò, & principaliter pro natura naturãte. i. pro Deo. Secundò pro natura naturata, ideſt pducta, & hęc nouẽ modis. Primò p naſcẽtium generatione. Secundò pro eo ex quo inexiſtente primò aliquid generatur, vt radix, ex qua primò arbor generatur, & in ipſa exiſtit. Tertiò, pro principio motus eius, in quo eſt, &c. Quartò pro materia, quę eſt principium rei in eſſe, & in fieri: informis, ſecũdum ſe: immutabilis per ſuam potentiã: mutabilis verò ſecundum poteſtatem agentis. Quintò, pro forma, qua res naturales exi-
T. 5. ſtunt. Sextò, pro ſubſtantia, quos omnes modos ponit Ariſt. quinto met. Septimò, pro
T. 2. agente naturali, iuxta illud Philoſophi primo phy. dicentis, non eadem ſunt nota nobis, & naturę, ideſt agenti naturali, ſecũdũ aliquos. Octauò pro quadam inclinatione
T. 1. naturam inſequenti, vt philoſophus innuit primo met. inquiẽs õnes homines naturã ſcire deſiderãt. Vltimò, p rerũ vniuerſitate, ut aliq exponunt, pręcipuè ſublunariũ, penes illud Philoſophi, à tali principio dependet

cęlũ, & natura. Ex his õnibus acceptionib. habetur, quód natura vno modo ſumitur vt materiam,& formam ſub ſe comprehendit, quę natura ſic accepta, vel eſt ſimplex, vel cõpoſita; dantur enim materia ſimplex, & forma ſimplex, ex quibus corpus ſimplex componitur. Dantur etiam materia compoſita, & forma compoſita, exquibus conſtat corpus mixtum. Diſtat tamen materia prima, tanq; communior, à materia ſimplici, cum illa omnium generabiliũ,& corruptibilium ſit una numero, non autem iſta, quę determinatas exigit dimenſiones,& qualitates ſenſibiles ad formę elementi receptionẽ. Diſtat ẽt materia ſecũda, ſimiliter vti latior, à materia compoſita; quoniam tam Elementi materia, q; cõpoſiti, vel mixti dici põt. materia ſecũda, ſi ſecũdũ ipſius eſſe actuale cõſideretur; at materia cõpoſita dicitur ſolũmodò materia ipſius mixti,& nõ elemẽti. Simili modo, forma ſimplex eſt forma cęli, vel elementi, quia non pręſupponit aliam formã in materia. Forma verò compoſita dicitur forma mixti aliam formam in materia ſupponens. Quibuscunq; modis materia, & forma ſumantur reſpectu entis naturalis, vt intrinſecè cõponitur, natura .i. ſubſtantia nuncupantur. Quantum ad difinitionem, ad explicandum propoſitam, ponuntur loco generis, ly; principium,& cauſa, quę nomina ideò

ſimul iunguntur, ut denotetur, quód natura nō uniformiter eſt principiū motus in quolibet mobili, ſed in aliquibus materia, vt Scotus ſentire videtur; in quibuſdam verò materia, & forma; vnde Cœli motus naturalis eſt ratione motoris, & mobilis. Ratione motoris, quoniam eſt appropriatus, eſtq; anima Cœli, cum motum efficiat, qui quodamodo opus uitę dici poteſt, & Cœlo eſt intrinſecus nō ſecundū eſſe; ſed ſecundū operationē; ratione verò mobilis, quia cū Cœlū ſit corpus ſphericum: nec graue, nec leue ſuapte natura circa mediū mouetur. Generatio elementi, vel mixti inanimati eſt naturalis ſolúmodo ratione materię, quoniā hęc in ſe ipſis habent ſolúmodo principiū paſsiuum, quod naturalem habet potentiā ad formā, quæ per generationem acquiritur. Similiter etiam elementum, cum ex contrarijs nō ſit compoſitū, non habet in ſe formā, vnde alteretur, uel corrūpatur actiuè; ſed ſolúmodò habet materiam, vnde alteretur, & corrúpatur paſsiuè; cum ipſa contrarię formę ſubijci ualeat. Alteratio uerò, ſeu corruptio mixti poteſt naturalis appellari nō ſolum ratione materiæ, ſed etiam formæ; nam alteratio, & corruptio in ipſo accidunt propter cōtrarias qualitates, quæ formę ſubſtantialis ſunt inſtrumenta. Motus localis corporis grauis, uel leuis, ſiue ſimplex, ſiue mixtus ſit; necnō

2.3.d 18. & 5. met. c. 4.

ipſius animalis eſt etiam naturalis ratione utriuſq;cũ omnia moueantur ex ſe, licet nõ eodem modo;grauia.n. & leuia dicuntur ex ſe moueri, quia in ſe habent formam, quæ aliquo pacto eſt principium actiuum ipſius motus. Animal autem ex ſe mouetur; quoniam diuiditur in partem per ſe mouentem quę eſt anima:& in partem per ſe motã, quę eſt corpus. Simili modo procedit uiuentiũ augmentatio, uel diminutio; in re .n. augmentabili corpus per ſe augetur;anima uerò eſt per ſe augens. Nec alio modo ſe habet uiuentiũ generatio ex ſemine;dicitur.n. naturalis, nõ quòd ſeipſum viuens generet, ſed quoniam in ſemine datur aliquod per ſe mouẽs, ut uirtus formatiua:& aliquod per ſe motum; vt illa pars in quam agit virtus formatiua ſeminis,nempe maris. Additur loco primę differentię, ly, motus, & quietis; vt alia principia excludantur, quę motus, vel quietis cauſa non exiſtunt. Vbi animaduertendum eſt, quód materia,vel forma ſubſtãtialis ideſt natura non ſolũ eſt principiũ motus in quouis ente naturali; ſed etiã quietis; nullũ.n.ens naturale reperitur,ꝙ naturaliter aliquo modo non moueatur, vel quieſcat. ſumatur exẽplum de duobus extremis vniuerſi; de Cęlo ſcilicet ac terra. Cœlum ſi quidem quieſcit ſecundum totum; ita enim non mutat propriè locum; cum ſemper ſit

in eadem diſtantia ad centrum; dicitur autē moueri quoque, quoniam eius partes ſucceſſiuè variant vbi, propter quod etiam totum, ſecundum diſpoſitionem dicitur mutare locum; cum eius circulus ſucceſiuè ab alio, & ab alio puncto incipiat. Terra autem etiam mouetur, & quieſcit. Mouetur quidem motu alterationis; nec non motu locali ratione ſuarum partium: quieſcit verò ſecundū ſe totam; cum ita locum non mutet, ſemper immo, per naturam ſuam, in medio conſiſtat. Ponuntur, vltimó, tres alię particulę, loco differentiarum; nempe, primò, per ſe, & non ſecundum accideus: adde verbum, in: eſt, vt ex Ariſt. quinto met. colligi valet, & in

T. 5. ſenſu ly, pſe, & nō sm̄ accidens pręferri debet ad ly, primò. Dicitur tamen per ſe, vt excludantur cauſę motus; quę per accidens inſunt in re mota, vti eſt medicina, qua ſeipsū medicus ſanat, quia non ut medicū, ſed vti infirmum; quarè ly. & non ſecundum accidens, ſtat expoſitiuè. Additur, ly primó, ideſt quo principio, vel qua cauſa nihil prius ineſt; vt omnes qualitates excludātur, quę licet cauſę ſint, vt res moueantur, in quibus per ſe, & neceſſariò ſunt; non primó tamē inſunt, cum alię dentur cauſę motus, quę prius inſunt. Exemplum, quamuis enim calor naturalis, reſpectu viuentium, & leuitas reſpectu ignis ſint aliquo modo cauſa motus,

non

non tamẽ primò, prius.n. inſunt materia, & forma, quę nomine naturę comprehenduntur. Et hęc pro dilucidatione ſufficiant.

Quomodo intelligatur Ariſt. quando dicit in poſtpredicamen. Duo contraria non poſſunt eſſe ſimul cap.16.

cap. de oppoſi.

EX quamplurimis Ariſt. locis contrariorum hęc diffinitio colligitur. Contraria ſunt oppoſita, ſub eodem genere maximè diſtantia, q̃ inſũt uiciſſim eidẽ ſubiecto, à quo mutuo ſe expellunt. Per ly, oppoſita, diſperata excluduntur. Per ly, ſub eodem genere, cõtradictoria; nec non priuatiua; quoniam ex altera parte non ſunt entia, & ideò ſub eodem genere minimè poni poſſunt. Per ly, maximè diſtant, mediata contraria remouentur, quæ ſecundum quid, id eſt participatiuè ita dicuntur. Per ly, uiciſsim, oppoſita deſtructiua expelluntur, quæ ſucceſsiuè aduenire non poſſunt. Iam pro dilucidatione ſciendum eſt, quędam eſſe contraria immediata, quędam uerò mediata. Immediata illa dicuntur, quę medio carent; non ſolum medio formę, ſed etiã medio ſubiecti, ſumẽdo formam non in fieri, ſed completè, & ſubiectum proprium; non autem alienum. Quo pacto, ſecundum Ariſt. inter ſanum, & *in poſt p̃di. c. 1.*

egrum

ęgrum non datur medium; nam ſanitas eſt ęqualitas quatuor humorum; ęgritudo uerò inęqualitas: modo inter ęquale, & inęquale nullum datur medium. Neque dici poteſt aliquod animal eſſe, quod non ſit ſanum, uel ęgrum. Si quis autem diceret, quód planta non eſt ſana neque ęgra: uel, quód idem animal in aliqua parte eſt ſanum; in aliqua verò ęgrum. Reſpondetur quantum ad primũ quòd ibi non ſumitur ꝓprium ſubiectum, & quantum ad ſecundum, quòd ibi non ſumitur ſubiectum ſimpliciter, & adęquatum; ſed ſecundum quid. Contraria mediata illa dicuntur, quę aliquod habent medium; quod duplex eſſe poteſt; alterum enim dicitur medium per participationem ideſt utriuſque extremi naturam continens, ſaltem uirtualiter; uti euenit de colore medio: alterum uerò dicitur medium per negationem; quia ſcilicet ſola utriuſque extremi negatione ſignificatur. Medium primo modo ſumptum dicit naturam quamdam repertam inter utrumque extremum; & propterea medium formę ſolet appellari. Medium veró ſecundo modo acceptum non eſt aliqua natura inter extrema collocata; ſed dicitur eſſe medium ꝑ comparationem ad ſubiectum, in quo utrumque extremum ineſſe poteſt; vnde ab alijs medium ſubiecti dici ſolet. Exemplum, inter ſcientiam, & errorem non da-

tur medium formę; quia non datur aliqua media qualitas inter ipſas: ſed utique datur medium ſubiecti, ideſt aliquis homo, qui reſpectu alicuius concluſionis non ſit neque in ſcientia, neq; in errore. Deinde ſciendũ eſt, quòd dicta propoſitio locum non habet in contrarijs mediatis mediatione ſubiecti; cum nihil ponant in ſubiecto. Neq; in contrarijs immediatis, clariſsimum eſt .n. quòd non poſſunt eſſe ſimul; vnde dicit Ariſt. contraria immediata ſunt, quorum alterum ſi non ineſt, alterum neceſſe eſt ineſſe; addetu, & è cõtra, ubi tãgitur diſcrimẽ inter contraria immediata, & mediata quantum ad neceſsitatẽ illationis. In cõtrarijs .n. mediatis ex affirmatione vnius ſequitẽ negatio alterius, ut eſt albus, ergò non eſt niger; non autẽ è contra .i. non eſt niger, ergo eſt albus; quia poteſt eſſe medij coloris. In contrarijs uerò immediatis utroque modo ualet .i. ab altero affirmato ad alterum negatum, & è contra; ut eſt ſanus, ergo non eſt ęger: uel non eſt ęger, ergo eſt ſanus. In contrarijs mediatis aliquam patitur difficultatem, quę hoc modo fit clara. Duplex eſt ſubiectum accidentium, inter quę reperitur contrarietas, alterum dicitur ſubiectum denominationis; quo modo: oculus denominatur albus, uel niger, & hoc modo duo contraria poſſunt eſſe ſimul; quoniam oculus poteſt eſſe niger in

pupilla, albus uerò in circunferentia. Alterum dicitur ſubiectum inheſionis, in quo tripliciter duo contraria poſſunt eſſe ſimul. Primò, ut alterum ſit in actu, & alterum in potentia; vnde in eodem ſubiecto poteſt eſſe caliditas in actu, & frigiditas in potentia. Secundó, quód ambo ſint ſecundum eſſe ſpirituale potius, quàm corporale; uti euenit de ſpeciebus albi, & nigri in eadẽ pupilla oculi. Tertió, quód utrumque ſimul ſint ſecundum eſſe remiſſum, uel refractum; non autem ſecundum eſſe intenſum. i. ſecundum ſupremam ipſorum potentiã; uti euenit de caliditate, & frigiditate in aqua tepida. Sed contra determinata non paruę ad ſunt difficultates. Prima eſt, nã ſimile, & diſsimile actualiter in eodem reperiuntur, & ſunt contraria. Reſpondetur quòd non ſunt contraria pſe, de q̃bus hic fit ſermo; ſed impropriè, ideſt ratione fundamenti; nẽpe qualitatũ cõtrariarũ: & idẽ dicas de ęquale, & inęquale. Secunda eſt quoniam virtus, & vitium ſũt contraria, & tamen poſſunt eſſe ſimul perfectè, poteſt enim aliquis aliquam uirtutem habere, nempe iuſtitiam: & aliquod vitium, nempe auaritiam. Reſpõdetur primò quòd virtus, & vitium non ſunt propriè, & per ſe contraria; ſed ſolummodo ratione generis. i. quatenus continent ſubſe illa, quę per ſe cõtrariantur ad inuicem, ideſt quatenus virtus

continet

continet ſub ſe iuſtitiam, vitium verò iniu-
ſtitiam, ex Ariſt. in prima proprietatę prę-
dic.qualit.quę ſimul eſſe non poſſunt; ipſo-
rum verò genera, cum ꝓpriè non opponan-
tur, vtiq; poſſunt eſſe ſimul. Secundò, quòd
ſieri nequit, vt aliquis perfectè habeat ali-
quã virtutem continens in ſe ſimul aliquod
vitium; quoniam virtutes inter ſe connexio
nem habent, Alex. Aphro. lib.4. nat. quęſt.
cap.8.& 22. quoniã in electione conſiſtunt.
idem 1. priorum cap.1. ex Ariſt.6. ethic. ni-
com.c.1.quę electio ibidem dicitur conſul-
tatrix.1.prudentię coniuncta, quare pruden
tia virtutum catena, vel nexus dici valet cũ
excluſione cuiuſlibet vitij, ſi in concreto ſu-
mantur in vltimo,& poſtremo gradu perfe-
ctionis. Immo, quantum ad denominatio
nem, implicat, quoniam verum erit dicere
de aliquo, quòd ſit vitioſus, & officioſus;
quomodo duo contradictoria eſſent ſimul
vera. Tertia eſt, quoniam verè contraria.i.
qualitates actiuę, & paſsiuæ de tertia ſpecie
qualitatis, quæ actione phyſica ab eodem
ſubiecto ſe mutuó expellunt, non ſulum non
poſſunt eſſe ſimul, vti determinatũ eſt; immò
nec ſucceſſiuè; vt patet de caliditate, & fri
giditate reſpectu ignis. Dicerent aliqui, quòd
caliditas non eſt forma accidentalis reſpe-
ctu ignis, ſed ſubſtantialis, & ideò inſtantia
nulla; ſed hoc in uia Ariſt. communiter nõ

ſubſtinetur. Vetuſtiſsimi Pariſiorum Lutetię profitentes priuſquam Patauij gymnaſium eſſet erectum. pro conciliatione dixerũt quòd caliditas non eſt forma ſubſtantialis. i. eſſentialis ignis, quatenus elementum eſt; ſed vtiq; quatenus actiuus; cum abſq; caliditate agere minimè poſſet. Non erat igitur, opus, vt recentiores patauini ſuis in dilucitionibus hac, tanquam noua dilucidatione gloriarentur. Ad propoſitam difficultatem ipſemet Ariſt. reſpondet, inquiens, quód quandocunq; vnum ex contrarijs mediatis ineſt alicui naturaliter, vt caliditas igni, & candor niui, tunc alterum ſuccedere nequit, ſupple rationem, propter incapacitatem ſubiecti; minimus. n. gradus frigiditatis ſi poneretur in igne ãplius ignis nõ eſſet. Sed quid ſi ex igne generaretur aqua, iam opus eſſet, vt gradatim remitteretur caliditas, & in primo gradu remiſſionis, quod fieret per introductionem gradus frigiditatis, adhuc eſſet ignis, cum aqua minime dici poſſet. Reſpõdetur quòd fieri nequit, vt immediatè ex igne fiat aqua; ſed opus eſt, vt in aerem ignis priusconuertatur: ad hoc autem, quod in aerem tranſmutetur, non eſt opus, ſecundum aliquos ut caliditatẽ remittat; ſed ſolũ modò ſiccitatem. Sed quoniam ipſe teneo, quód caliditas in ſumo nullum ſecum humiditatis patiatur gradum, & quod remiſ-

ſa ſiccitate, conſequutiuè etiam gradatim, & proportionabiliter remittatur caliditas. ad difficultatem aliter dico. Admiſſo igitur quòd ex igne fiat aqua immediatè, & quòd propterea debeat introduci frigiditas in materiam ignis; dico, quòd ſtatim introducto minimo gradu frigiditatis deſinit eſſe ignis in actu completo, saltem quantum ad actiuitatem, & incipit fieri propinquus naturę aquę. Sed ignis materia poſt introductionē primi gradus frigiditatis, & āte introductionem formę ſubſtantialis aquę, qua forma ſubſtantiali informatur? Forma ſubſtantiali ipſiuſmet ignis; ſed malè diſpoſita, & in ordine ad corruptionem; unde introducto ultimo gradu frigiditatis dicta forma recedit, & in eodem inſtanti introducitur forma aquę: & non recedit antea, ne illa materia remaneat abſq; forma, & forma aquę clariſsimum eſt, quòd non poteſt introduci ante ultimum gradum frigiditatis: uerum eſt quòd illa forma informat ſuam materiam incompletè, diſpoſitiuè, & per conſequens quantū ad actiuitatem. Stante hac ſolutione, ſequitur quòd ignis ſit aliquando frigidus, ſecundum Bononienſes. Reſpondetur quod dari ignem frigidum duobus contingit modis: altero modo denominatiuè, uel formaliter, & hoc modo negatur; quoniam implicat: altero modo diſpoſitiuè, ideſt quòd in mate-

tiam ignis frigiditas introduci valet;& hoc abſque inconuenienti conceditur, per ea, quæ ſupra.

a T. 27. ad 30.

Dilucidatio ſuper capite tertio ſecundi libri phyſ ubi de cauſis Ariſt. agit. cap. 17.

DE cauſis Phyſicus agit in ordine ad motum. Metaphyſicus; ut illę quędam ſunt entia. Logicus uerò; uti pertinent ad medium demonſtrationis. Sed, pro clara notitia, uidendum eſt in primis nomine cauſę quid intelligatur. Secundò, quomodo in cômuni diffiniatur. Tertiò quot eius ſint genera. In quo, poſtremó, vniuſcuiuſquæ cauſalitas cõſiſtat. Ad primum; conuenit inter omnes nomen cauſę connotatiuum eſſe; aliquod materiale importans, nec non aliquod formale. Per materiale intelligunt id, quod cauſat; puta ignem producentem. Pro formali intelligunt nonnulli ipſam cauſalitatem, qua cauſa cauſat, & dicunt q̧ talis cauſalitas non eſt relatio, ſed accidens quoddam abſolutum, in quo fundatur relatio ad effectum. Quare, ſecundum ipſos, tria nomine cauſę importantur. i. res, quę eſt cauſa: cauſalitas, qua illa cauſat: & relatio in ea cauſalitate fundata, qua relatione cauſa

ſa cauſatum reſpicit. Ipſe uerò hoc non concedere, niſi in cauſa efficienti; clariſsimum eſt enim quod in ipſa ponitur actio quędā media inter rem, quæ efficit, & relationem; vnde actio, qua ignis generans ignem genitum producit, aliud eſt ab ipſo igne generante, & à relatione. In alijs verò cauſis non cernitur tale accidens à re, quę dicitur cauſa, & ab eius relatione diſtinctum. Hac vnica ratione fit notum; hominem cauſari ex materia, & forma, non eſt aliud, quàm componi ex materia, & forma; tanquam ex actu, & potentia: hominem uerò hoc modo componi non eſt aliqua cauſalitas paſsiua, quæ ſcilicet ſit accidens, à quo homo dicatur formaliter effectus: ergo, à pari, formam, & materiam cauſare non eſt aliqua cauſalitas actiua, quę ſit accidens aliquod, à quo materia, & forma dicantur formaliter cauſare. Minor inde fit clara; quoniam ſi hominem componi ex materia, & forma eſſet accidens quoddam; tunc predicatio hęc, homo eſt conſtitutus ex materia, & forma, eſſet accidentalis, quod nemo diceret. Ad ſecundum quamuis Ariſt. nunquam diffiniuerit causā in cōmuni; ex lib. tamen de cauſis hęc diffinitio colligitur. Cauſa eſt id, ad quod aliud ſequitur. Vel cauſa eſt id, ad cuius eſſe ſequitur aliud. i. cauſa eſt illud, ex quo, uel per quod, uel à quo, uel ꝓpter quod aliquid eſt.

Vnde habes per ordinem cauſam materialem, formalem, efficientem, atque finalem. Fundatur in data diffinitione vulgata illa propoſitio, Poſita cauſa ponitur effectus; 1.poſt.cō. 35. Ad quam dicunt grauiores Neapolitani, non eſſe veram in omni genere cauſarum ſed ſolūmodò in cauſa formali. Addūt, quòd ꝓpterea cauſa formalis ſolummodo potiſsimam efficit demonſtrationem; & quód eodem reſpectu quartus modus dicendi per ſe nō ingreditur demonſtrationem potiſsimā. Quantum ad primum, quod aſſerunt; potestant, ni fallor, intimius reſpicere; quoniam ſicut poſita forma actualiter informante ſequitur eius effectus; ita etiam poſita quacūque cauſa actualiter cauſante ſequitur eius effectus; vnde melius diceretur, quód poſita cauſa naturali, debitè applicata, & non impedita, ponitur effectus, ſaltē in fieri. Quan-
T.10. tum verò ad ſecundum; certè Ariſtotelem non intelligunt, & ratio eſt; quoniam Ariſt. primo poſt. omiſſa Toletanorum modernorum reſponſione, tanquam arbitraria, nullā ex cauſis intrinſecis à demonſtratione ſimpliciter excludit; ſed ſolummodò extrinſecas; neq; illas omnino, quoniam ſecūdo poſt.
T.8. concedit Ariſt. eas in demonſtrationem potiſsimā venire; vnde ꝑ umbrę terrę interpoſitionē inter Solē, & Lunā demōſtrat eclipſim de ipſa Luna: & dicit talem demōſtrationē
abſol-

abſoluere eſſe, & propter quid effectus, quod eſt ſpeciale demõſtrationis potiſſimę. Non ſolum igitur cauſę intrinſecę, quę conſtituunt primum modum dicendi perſe, veniunt in demonſtrationem potiſsimam; ſed etiam extrinſeca, idest efficiens, quę conſtituit quartum modum, non abſolutè, ſed quatenus accidit ei, ut non poſſit ſeparari à ſuo effectu; vti euenit de interpoſitione terrę reſpectu eclipſis, & de iugulatione reſpectu interitus. Ad tertium; cauſa in communi ſecatur in cauſam per accidens, & cauſam per ſe. Omiſſa priori, ſecunda communiter in quatuor genera diuiditur; nempe in cauſam efficientẽ, materialẽ, formalẽ, & finalem, hac ratione; quoniam ad omnem causã ſequitur effectus; vel igitur talis cauſa eſt intrinſeca, effectui, vel extrinſeca. Si intrinſeca, dupliciter; q̃a vel eſt actus dãs eſſe, & habetur forma: vel potẽtia recipiẽs eſſe, & eſt materia. Si extrĩſeca, ad huc dupliciter; q̃a vel eſt id, à quo res fit, & eſt efficiens: vel propter quod fit, & habetur finis. Huiſmodi autem diuiſio non eſt generis in ſuas ſpecies, verum analogi in ſua analogata; vnde ſi conſiderentur ſecundum rationem cauſandi, finis eſt prior, ſecundò afficiens, tertiò materia, & quartò forma. Si uerò conſiderentur, prout ad compoſitionem effectus concurrunt; ſic materia prior eſt, ſecun-

dò forma, tertiò efficiens, & vltimò finis. Vltimo, vt effectui dant eſſe actuale, & ſic pręcedit forma, ſequitur effi iens, poſtea finis, & vltimò materia. Ad poſtremum; materia, vt ab ipſa exordiamur, ſolet dici materia in qua, ei quatenus ineſt aliqua forma, quomodo eſt duplex, alia enim eſt materia prima, in qua eſt forma ſubſtantialis, alia verò ſecunda, vt compoſitum ſubſtantiale, cui forma ineſt accidentalis, Solet etiam dici materia ex qua, quatenus dicit aliquod, ex quo antea exiſtẽte fit aliquod, quę etiam duplex eſt; aut enim eſt tranſiens; vt vinum, ex quo fit acetum: aut permanens. Et hæc eſt duplex; aut eſt prima, ex qua eſſentialiter fit compoſitũ: aut eſt ſecunda: ut lapides, ex quibus fit domus. Vnde patet omnem materiam in qua eſſe materiam ex qua; ſub diuerſo tamen reſpectu; in ordine enim ad formam dicitur materia in qua in ordine verò ad compoſitum dicitur materia ex qua. Eius cauſalitas duplex eſt quarum altera formã, altera verò compoſitum reſpicit. Cauſalitas reſpectu compoſiti poſita eſt in hoc, vt formam recipiens ſimul cum ipſa compoſitum conſtituat: reſpectu verò formę; vt eam ſubſtentet, ac foueat, vel conſeruet; quomodo dat eſſe ipſi formę. Nam cum forma non habeat eſſe; niſi, vt in materiã recipiatur, quoniam & in fieri; & in eſſe à materia dependet,

pendet, hinc materia dicitur dare eſſe formæ, ipſam recipiendo. Eſt inquam, materia omnium formarum materialium cauſa, nec non animæ noſtræ, diuerſimodè tamen: eſt enim cauſa formarum, quæ de potentia materiæ educuntur, quoad eſſe, & quantum ad actum informandi: quoniam nec eſſe, nec informare poſſunt, niſi in materia recipiantur. Eſt verò cauſa animæ noſtræ, non quidem quoad eſſe; cum in eſſe à materia minimè dependeat; ſed quoad actum informandi, quoniam; in materia ſi non recipiatur, informandi actum non habet. De forma ſubſtantiali modó loquendo, dicitur, quòd ipſa eſt duplex; altera enim dicitur forma totius, altera vero partis. Forma totius totam rei eſſentiam ſignificat nomine abſtracto, vt humanitas, quę ſolet etiam forma methaphyſica nuncupari. Forma partis, quę dicitur forma phyſica, eſt illa, quę materiam informans, vnum cum ipſa compoſitum facit; vt forma hominis, vel lapidis: & hęc ꝓpriè cauſa formalis appellatur. Variè diffinitur, pręter ea, quę dicta ſunt ſupra; à nonnullis enim dicitur, quòd forma eſt illa, quę intrinſecè effectui dat eſſe: ab Ariſt. verò, quòd eſt quod quid erat eſſe rei. i. quę dat eſſe in actu formali, vbi non diſcernitur, niſi verborũ diuerſitas per ſubſcriptionem Porph. Eius cauſalitatem in eo aiunt aliqui poſitã eſſe, *5. met. T. 2.* *cap de differ.*

vt ſuppoſitũ cõſtituat in eſſe exiſtentię, quod mihi non ſatis prabatur. Primò, quoniam Chriſti anima eius humanitatis eſt cauſa formalis; nullum tamen proprium ſuppoſitum conſtituit; quia non niſi vnum, eſt in ipſo ſuppoſitum. Secundò, cauſalitas formę in cõmuni, vt ſic, ęquè reſpicit quamcunq; formam; & iam patet, quòd forma accidentalis per ſuam cauſalitatem nullum conſtituit ſuppoſitum. Vltimò, prius naturaliter eſt cõ conſtituta eſſentia, quàm illi adueniant eſſe ſed in illo priori forma verè eſt cauſa formalis eſſentię, ergo antequam adueniat eſſe forma ſuam habuit cauſalitatem formalem. Dicẽdum eſt igitur formę cauſalitatem materiam, atq; compoſitum reſpicere. Reſpectu primę in eo poſita eſt cauſalitas formę, vt informando materiam communicet illi ſuam actualitatem; & illud eſſe, quod eſt ipſa eſſentialiter, quod eſſe appellatur quiditatiuum, & ſpecificum: & eiuſmodi informatio eſt fũdamẽtum vnionis, quo materia formam & forma materiam, reſpicit. Reſpectu ſecundi, ibi poſita eſt formę cauſalitas, vt materiam actuando cõpoſitum eſſentialiter conſtituat; quo modo ad eſſe cõpoſiti dicitur concurrere. Iam de cauſa efficiẽti ſunt verba facienda, quę eſt illa, vti dictũ eſt, quæ aliquod facit; & ab Ariſt. diffinitur per vnde incipit motus fieri. Multis diuiditur

tur modis nã alia eſt p accidẽs, alia per ſe. Cauſa per accidẽs eſt illa, quę ſecundũ ſe nihil influit in effectum; ſed accidit cauſę per ſe; unde accidit domificatori, quòd ſit muſicus. Cauſa per ſe uerò dicitur, quę ſecundũ ſe influit in effectum; unde domificator per ſę ędificat. Cauſa per ſe uel eſt magis uniuerſalis, uel minus uniuerſalis, uel particularis; tam in predicando, quàm in cauſando: exemplum primi; vt artifex reſpectu mędici; vel medicus reſpectu huius, vel illius medici: exemplum ſecundi; vt Deus, Sol, & hic equus, qui alium generat equum. Diuiditur ſecundó cauſa per ſe in primam, & ſecundam: prima eſt Deus, ſecunda ſunt agentia creata. Tertiò in uniuocam, quæ producit effectus eiuſdem ſpeciei; & æquiuocam, quæ producit effectus diuerſę ſpeciei. Quartò in illam, à qua dependet effectus & in eſſendo, & in conſeruando ſimul, vt Deus: & in illam, à qua dependet in eſſendo tantum, vt equus aliũ generans equum. Quintò in mediatam, quę producit effectum mediante alia: & in immediatam, quę producit effectum non mediante alia. Prima, vel eſt mediata mediatione ſuppoſiti, & eſt illa, quę ita operatur, ut inter illam, & effectum mediet aliquod ſuppoſitum; cuiuſmodi ſunt Deus, & Sol, quando mediante homine hominem generant. Vel eſt me-

2. phyſ. T 18. & 5. met. T. 2.

diata

diata mediatione virtutis,& eſt illa, quę operatur mediante virtute ab alio recepta; cuiuſmodi ſunt omnia agentia, quę agunt in virtute alterius: & hæc eadem diſtinctio fieri debet de ſecũda, ideſt de immediata. Sextò in principalem, vt ignis; qui alium generat ignem; & inſtrumentalem; vt calor, quo ignis generat ignẽ. Inſtrumentalis eſt multiplex; aut enim eſt coniuncta in agendo cũ ãgẽte principali, ideſt quòd ſine ipſo nequit operari; vt ſerra reſpectu artificis; aut eſt ab eo ſeiũcta, id eſt quod ſine ipſo valet operari; vt virtus ſeminalis reſpectu viuentis, à quo deciditur. Item, aut eſt ſeparata ab agẽte; vt eſt ſerra: aut eſt in eodem agente; vt calor reſpectu ignis. Septimò in totalem, & partialem; totalis eſt, quę ſola in ſuo ordine producit effectum; partialis verò, quę cum alia eiuſdem ordinis ad effectum concurrit; vt quando duo trahũt nauem. Octauò in eam, quę producit effectum actione propriè dicta; vt eſt ignis reſpectu caloris producti: & in eam, quę producit effectum per emanationem, vt eſt ſubiectum reſpectu ſuę proprię paſſionis. Vltimò, cauſarũ per ſe alię ſunt eſſentialiter ſubordinatę; ita vt una non poſſit abſq; alia effectum attingere, vt cęlum, & homo reſpectu generationis hominis: alię verò ſunt accidentaliter ſubordinatę; vt auus, & pater reſpectu filij. Quan-

tum

ſum ad eius cauſalitatem; in hoc eam dici-
mus eſſe poſitam; vt extrinſecè rem ꝓducat
mediante actione, qua effectiuè rem educit
de potentia ad actum; vnde habetur etiam,
actionem agentis non eſſe preciſè eius cau-
ſalitatem. Sed quid eſt id, quo officiens a-
git? Breuiter dicitur, quòd forma acciden-
talis eſt principium effectiuum inſtrumen-
tale, quo agentia naturalia agunt effectus et
accidentales; unde calor eſt principium in-
ſtrumentale, quo ignis calorem producit.
Vnde infertur, in huiuſmodi actionibus nõ
ſolum concurrere formam accidentalem, tã
quam inſtrumentum proximum; ſed etiam
formam ſubſtantialem, tanquam principa-
le; licet remotum; immò infertur, formam
accidentalem huiuſmodi actiones non age-
re; niſi vt inſtrumentum, & in virtute ſub-
ſtantię. Dicitur poſtmodum, quòd forma
accidentalis eſt etiam principium effectiuũ
inſtrumentale, quo agentia naturalia pro-
ducunt formas ſubſtantiales eductas de
potentia materię; vnde dicit Ariſt. quòd ca
lor eſt id, quo anima nutrit; & iam patet, *2. de ani. T. 50.*
quòd nutritio eſt productio partialis ſubſtã
tię. Vltimò de finali cauſa ſunt aliqua di-
cenda, quę duplex eſt, altera, quę per ſe ex
petitur, & dicitur principalis; vt ſanitas
altera, quę propter aliud exigitur, & dici
tur minus principalis; vt potio, quę propter

ſanitatem

ſanitatẽ expetitur;vnde meritò cauſa finalis diffinitur per propter; vt propter quid aliquod fiat. Finis principalis etiam eſt duplex, alter enim dicitur ab Ariſt. finis quod, ab alijs veró appellatur finis cuius obtinendi gratia agens aliquod operatur, vt ſanitas. Alter eſt,quem vocant finem cui, & eſt ille,cui finis iam dictus acquiritur,quo pacto homo dicitur finis ſanitatis. Finis principalis habet rationem cauſę,& de ipſo eſt ſermo. Eius cauſalitas ibi eſt collocata, aliorum omiſſis opinionibus, vt mouendo agens faciat media eſſe, & poni propter ipſum finem; quare ſanitatem finalizare potatione aliud non eſt, quàm ſanitatem, mouẽdo agẽs, efficere vt potio pp ipsã ſumatur. Ex quo infertur primó agentis mutationem eſſe veluti cõditionẽ reqſitã,vt finis cauſet. Secundó effectum ipſius finis eſſe operationem agentis ad cõſequutionem finis;cum ille ſit effectus cauſę finalis, qui fit illius gratia, cuiuſmodi eſt agentis operatio, uel media. Sed, an finis agat ſecundum eſſe reale, vel intentionale? Dicitur breuiter, quòd finis finalizat, non reperitur certè hoc verbum inter diſertos,ſed vti philoſophus libẽter illud amplector; cũ rei naturã melius explicet; ſecundum ſuum eſſe reale, quo poteſt inrerum natura exiſtere.i.ipſa finis eſſentia, quę poteſt eſſe in rerum natura eſt ratio

eſſendi ipſius agendi; ita ut id, propter quod media applicãtur ab agẽte, eſt ipſa eſsẽtia realis finis, quę per actionẽ agentis ad actum exiſtentię reduci debet. Inde fit notum; quoniam finis eſt vltimum, quo cætera fiunt: ſed id, quod eſt vltimum, non eſt finis ſecundũ eſſe intentionale; quia, vt ſic, eſt primum; finis enim eſt primum in intentione, & vltimum in executione. Ergo finis habet rationem finis ſecũdum id, quod poteſt eſſe in rerum natura, & ita eſt ratio finalizandi.

Dilucidatio ſuper ſecundo capite primi libri Perihermenias, vbi de nomine agitur. cap. 18.

IN hac dilucidatione tria faciam: nominis diffinitionem dilucidabo; quòd nomina ſignificent ad placitum, quomodò intelligatur aperiam: poſtremò, an infinitũ nomen verè ſit nomen oſtendam. Ad primum: nomen ita deſcribitur, Eſt vox ſignificatiua ſecundum placitum, ſine tempore, cuius nulla pars ſignificatiua eſt ſeparata .i. nomen eſt vox, vel ſonus, qui ab homine efficitur cum imaginatione aliquid ſignificandi; ut placuit hominibus. Additur ſine tẽpore; pro quo nota, quòd quatuor modis aliqua uox dicitur ſignificare tempus. Primò, quando ſignificat totum tempus, & tũc

ſupponit

ſupponit ſimpliciter; ut hęc uox, tempus, tẽporis. Secundò, partem temporis, ut annus, menſis, &c. vel aliquam actionem in tempore non determinato; vt curſus, ambulatio, &c. Tertiò, aliquam rem in tempore determinato; ut cœna, quę eſt ad ueſperas. Quartò, ut in propoſito, actionem aliquam cum ordine neceſſariò ad aliquam differentiam temporis determinatam, ut ambulo. Quando dicit igitur Ariſt. ſine tempore, .i. non ſignificat aliquam actionem, uel paſsionem cum determinata naturaliter, & neceſſariò temporis diffierentia. Ponitur poſtremò, cuius nulla pars ſignificatiua eſt ſeparata, ad orationis differentiam, quod clare oſtenditur in textu. Ad ſecundum dicitur, quòd nomina habent uim ſignificandi partim à natura, partim uerò ad placitum .i. ab hominum inſtituto; quare tria concurrunt finis. ſ. exemplar, & efficiens. Finis eſt natura rerum. Exemplar eſt quoque natura; uocabulorum enim auctor naturam rerum ſpectare debet: non ſecus ac pictor in pingenda re, quam vult repręſentare. Quòd hoc uerum ſit, teſtes ſunt Plato in poſtrema parte Dialogi Cratilli, tunc nomen idoneum eſſe dicens, quando rebus conſonum eſt: & Ariſt. in categoria relationis aſſerens, quòd ſi quandoque uocabula innouamus, hoc fieri debet; dummodò rebus ipſis accommodata

data ſint. Accedit ratio; ſi res enim per nomina cognoſcimus, ergo neceſſariò ipſis correſpondent preciſè; ſecus enim ambiguã generarent cognitionem. † Ex iam dictis patet etiam, quòd nomina ſunt ab homine tanquam à cauſa efficiente; non à quolibet, ſed à ſapientiſsimò, qui optimè naturam rerum teneat. Poſtremum hoc eo facilè roboratur, quoniam, ſi ſecus eſſet, argumentum ab etymologia uocabuli nũquam ualeret. Pro eorum ſolutione, in contrarium quæ dici poſſunt, has animaduerte diſtinctiones. Primam; in nomine ſunt duo, materia, & forma. Materia eſt à natura, vt vox. Forma ideſt uis ſignificandi, partim eſt à natura; veluti à fine, & exemplari: eſt autem a nobis, tanquam à cauſa efficienti. Secundam; nomina ſunt ſimilitudines rerum, dicebat Cratillus, ſed rerum ſimilitudines aliæ naturales ſunt, vt figura, uel imago à natura producta in re naturali; aliæ verò ſunt à nobis. Tertiam; loqui, vel nominare vniuerſè eſt à natura: ſic verò, vel ita nominare, ſeu loqui ex hominum pendet inſtituto. Ad vltimum; Non ſolum Ariſt. in preſenti capite nomen infinitum cognouit; cæterum Plato; vt in Sophiſta patet, & quinto de repub. dum ita dicit. Homo non homo, ideſt hermaphroditus: uidens, non uidens ideſt luſcus: percuſsit, non percuſsit ideſt media-

† Vide Ariſt. de ſenſu, & ſẽſa. cap. 1. dicentẽ nominum verò vnũ qđ; ſymbolum eſt .i. rerum ſignum.

tè, non immediatè: lapide, non lapidè ideſt pumice: alitem non alitem.i. Veſpertilionem: in arbore, non in arbore ideſt ſambuco. Sed animaduertendum eſt magnum eſſe diſcrimen inter nomen infinitum, contrarium, & priuatiuum; omnia enim iſta nomina negant, ſed diuerſimodè. Contrarium aufert aliquod, ita tamen, ut illius loco ponat aliquam rem determinatam; vnde frigus calorem tollit; loco eius tamen frigus etiam ponit. Priuatiuum aliquod aufert nihil ponẽs pręter determinationẽ, uel aliquã aptitudinem ſubiecti. Infinitum denique aufert indeterminatè, ideſt negat vnum nihil determinatè connotando; vnde audiens quis nomen infinitum nõ habet vnde ſiſtat; ſi aliquid ſignificat eſt propter negationem nominis finiti; quare dicere poſſumus, quòd affirmatiuè, ſeu poſitiuè determinatum aliquod non ſignificet, ſed utique negatiuè. Sed non quodlibet nomen poteſt fieri infinitum; duo.n. requiruntur ad illud. Primũ, vt ſignificet aliquod. Secundum, vt indeterminatè ſignificet. Pręterea traſcendentia non poſſunt infinitari; quoniam nomen infinitum poteſt adhiberi his quę ſunt, & his, quæ non ſunt. Similiter hæc nomina, intelligibile, opinabile, imaginabile, infinitari nequeunt; ſed vtiq; nomina fictitia cõtra quoſdam logicos; ut non chimera eſt homo, &c.

Sed

Sed cur in preſenti capite infinitum nomen ab Ariſt.reicitur? Non quòd non inſeruiat enunciationi; ut patet in ſecundo lib. Peri- her.ſed quoniam non ſignificat determinatè aliquam rem, quod fit per negationem deſtruentem naturam rei ſignificatę;ut ſi dicas, non homo currit,in tali enunciatione ly,nõ, hominis naturam perimit; ſaltem reſpectu effectus, nempe curſus. Pro ultima reſolutione; ſciendum eſt,ut Auer. ſentire uidetur, quód nomen infinitum, uerè, & formaliter eſt nomen; quamuis abſolutè, & ſimpliciter non dicatur nomen; ſicut nec accidens abſolutè dicitur ens; licet formaliter ſit ens: Vnde verè poteſt eſſe terminus propoſitiónis.i.ſubiectum, vel predicatum; quoniam tam predicatum,quàm ſubiectum infinitatur; vt patet apud Ariſt.vnde dicit ipſe, figuraliter loquendo, non homo eſt iuſtus,& homo eſt non iuſtus; vnde poteſt etiam haberi, quòd negatio ante nomen, & non ante uerbum poni debet;ſecus enim negatiuam propoſitionem efficeret. Non tamen ſequitur, quód ſimpliciter, & abſolutè ſit nomen;latius enim patet propoſitionis terminus,quàm nomen, uel uerbum, ſi propriè ſumantur.

cap.1.

in fine poſit. cap.

2.per her cap.1.

Dilucidatio textus 6. tertij libri phyſ. ubi motus ita diffinitur, Eſt actus entis in potentia, prout in potentia. cap. 19.

TRIBVS in locis, tribuſq; modis inuenio motum ab Ariſt. diffinitum. Primò enim diffinitur loco iam dicto, uti ibi poſi-
T.16. tum eſt. Diffinitur ſecundó eodem lib. hoc modo, eſt actus mobilis, quatenus mobile.
T.13. Vltimó, eſt actus motiui in mobile. Quamlibet diffinitionem dilucidabo in primis; pro completa deinde motus notitia, multa ſimul ordinatè tamen, breuiter, ac facilè ponam. Prioris diffinitionis pro dilucidatione ſciendum eſt in primis, motu accipi quatuor modis. Primó pro forma, prout eſt ab agente, quomodo actionis rationem habet. Secundò pro eadem forma; ut in paſſo recipitur; uti paſsionis retinet modum; quare uidetur, quód promiſcuè operatio pro motu, & pro operatione motus accipi ualeat, ex ip-
T.8. ſomet Ariſt. tertiò lib. phys. Tertió pro eadem forma ſumitur; prout eſt in acquiri, & in eſſe imperfecto. Vltimò pro ipſius formę fluxu. i. pro illa cōtinua formę acquiſitione; forma enim, quę fit, in quodam fluxu, uel in quadam tendentia ad factum eſſe, reperitur.
5. met. Sciendum eſt ſecundò, quòd quęlibet phyſi-
T.17. ca potentia, aut eſt actiua, aut paſsiua; qua-

re omnis potentia phyſica in operationem aliquam tendit, & per operationem in formas. Eo probatur, phyſicè loquendo; quoniam potentia datur ad operationem aliquomodo ob alicuius formę acquiſitionem.

In priori diffinitione non ſumitur motus pro prima, vel pro ſecunda ſignificatione; quoniam illis duobus modis ad tertiam pertinet diffinitionem. Nęc pro quarta ſumitur ſignificatione; cum motus ita ſumptus quędam quantitas dici poſsit. Sumitur igitur ſecundum tertiam ſignificationem; quoniam rem moueri aliud nõ eſt, quàm eſſe in fieri alicuius formę; & propterea motus aliud nõ erit, quàm ipſa forma in fieri, quę eſt actus entis in potentia, &c. Dicitur actus, quoniam illud eſt actus, per quod aliquod dicitur actu moueri, ſed mobile dicitur actu moueri per motum; motus igitur eſt actus: & hoc in textu habetur. Entis in potẽtia; quoniam eſt actus eius, quod mouetur; T. 7. & omne, quod mouetur, eſt in potentia; ſicut enim quod mouet eſt in actu, ita quod T 8. mouetur eſt in potentia. Quatenus in potentia; quoniam quod mouetur, non mouetur vt eſt in actu; ſed quatenus eſt in potentia; T. 9. vnde marmor mouetur ad ſtatuam, non quatenus eſt marmor in actu; ſed quatenus ſtatua eſt in potentia. In ſecunda diffinitione eodem quoq; modo ſumitur motus hac

ſuper text. 16.3. phys. ratione; quoniam ſecundum Albertum, quẽ ſequitur Egidius, in hoc ſolummodo ſecũda diffinitio diſtat à prima; quoniam eſt ea minus communis; inquiunt enim quòd ſecunda eſt materialis reſpectu primę, quod ita intelligere debes; quòd prima ſit generalis, ſecunda verò contracta; & hoc non facit differre eſſentialiter, ſicut rationale nõ facit eſſentialiter differre hominem ab animali. Hic eſt eius ſenſus; motus eſt actus rei, quę adhuc mouetur; ita ut ſit actus, quo formaliter mouetur. Quantum ad tertiam diffinitionem; declaratur ibi de qua potentia ſermo ſit in prima .i. de actiua, & paſſiua ſimul. Tria inde colligas inſuper. Primum, quòd actio, & paſſio in motu fundantur; eadem enim forma, quę eſt in fieri, ut eſt ab agente actio; uti uerò in patiente recipitur, paſsio nuncupatur; immo in eodem numero motu, propterea, radicantur. Secundum, quòd motus formaliter ab actione, & à paſſione differt; ratio enim qua motus agẽtem, & illa, qua paſſum reſpicit, formaliter differunt ab ea, qua conſideratur motus; ut eſt forma in acquiri; quamuis realiter eadem ſit omnium forma tam actionis, quàm paſsionis. Tertium, quòd motus minus diſtinguitur à paſsione, quàm ab actione; nam cum motus, ut ſic, .i. ſub ratione motus, ſit in rei mobili; ut dicitur in ſecunda diffinitione, &

ut eſt in re mobili habet rationem paſsionis, ut innuitur in tertia diffinitione; uidetur quòd uix à paſsione diſtinguatur; ſed re uera formaliter diſtinguitur, quoniam motus eſt in paſsione, ut illius actuans potentiam, ideſt reducendo ipſam ad actum; quare ipſa aliquo modo, ſaltem intellectu precedit. Vltimum; quòd huiuſmodi predicationes ſunt uerę realiter; non autem formaliter: actio eſt motus: & paſsio eſt motus: & è conuerſó, motus eſt actio, & paſsio. Ratio eſt; quoniam motus eſt fundamentum utriuſq; quia eſt id, quod ſecundum diuerſum denominandi modum, actio, & paſsio nuncupatur, quare, ſicut ipſe de illis, ita illę de ipſo predicari poſſunt. Pro reliquorum expeditione hęc, per ordinem, dilucidanda proponuntur. Primum, quot ſint ſpecies motus. Secundum, an prima diffinitio conueniat omni motui. Tertium, quę ſint de ratione motus propriè dicti. Vltimum, quomodo quę mouentur competat rebus. Ad primũ pręter ea, quę dicuntur quinto libro phyſ. ſex motus ſpecies aſsignantur ab Ariſt. in poſtpredic. nempe generatio, corruptio, augumentatio, diminutio, alteratio, & loci mutatio. Quòd autem non ſint plures ſpecies ita oſtendi poteſt. Omnis motus fit inter duos terminos; uel ergo illorum terminorum unus eſt affirmatiuus, alter ue-

à T. 7. ad 21. cap. 4.

rò negatiuus, vel ſunt ambò affirmatiui.
5. phyſ. T.7. Si primum, dupliciter contingere poteſt; vel enim terminus ad quē eſt affirmatiuus, & eſt generatio: vel terminus à quo, & eſt corruptio. Si ſecundum, adhuc dupliciter contingere valet; nam talis motus, vel fit ad formam reſpectiuam, & dicitur loci mutatio, quę fit ad vbi: vel ad formam abſolutam, & hoc dupliciter; vel. n. ad qualitatem, & habetur alteratio: vel ad quātitem, & hoc iterum dupliciter, vel ad quantitatē pfectā, & augumentatio dicitur: vel ad quantitatem impfectam, & appellatur diminutio. Duo hic ſunt apprimè notanda; alterum, quòd motus non dicitur vniuocè, ſed anologicè de his ſex ſpeciebus; motus enim principaliter dicitur de motu locali, vt philoſophus pro-
T.55. bat octauo phyſ. aſſerens motum localem eſſe cauſam omnium motuum, & longè omnium perfectiſsimum. Alterum, quod motus per ſe, & directè non ponitur in aliquo certo predicamento, quia eſt quoddam analogum, uti dictum eſt. Deinde, quia uagatur per plura predicamenta. Vltimò, quia nō
5. phyſ. T.18. eſt ens propriè, ſed potius uia ad ens. Ponitur utique motus in categorijs reductiuè, reducitur enim ſecundum naturam illius predicamenti, cuius eſt motus. Ad ſecundum, uidetur prima diffinitio motus non competere generationi; quoniam generatio non

eſt actus entis, quod in potentia ſit ad ulte-
riorem gradum; cum ſubſtantialis forma
nullum habeat gradum; ſed tota ſimul acqui
ritur. Dicitur nihilominus eam motus diffi
nitionem generationi etiam conuenire; quo
niam ille motus ibi diffinitur, cuius principi
um eſt natura, ut ex tex. pręcedentibus col-
ligitur: natura uerò non ſolum eſt principiũ
motus ſucceſsiui; ſed etiam inſtantanei, qua
lis eſt generatio. Nec obſtat quod opponi-
tur; procedit enim ex falſo intellectu illius
diffinitionis, cuius uerus ſenſus eſt, Motus
eſt actus entis in potentia. i. entis in potẽtia
aliud, prout in potẽtia. i. actuans illud ſecun
dũ illã potentiã, reducẽdo ad actũ; vnde col
ligitur duo requiri ad motum largè ſumptũ:
alterum, ut ſit actus rei in potentia, ideſt quę
ad huc eſt in potentia aliud, ſcilicet illud, ad
quod mouetur: alterũ verò, ut ſit actus eius,
prout eſt in potentia illud, ad quod moue-
tur. Per primam particulam excluduntur
formę iam acquiſitę: per ſecundam reiciun
tur actus rei conuęnientes exiſtenti in poten
tia, antequam moueatur. Ad tertium; verè;
ac propriè de motu loquendo ſex de neceſsi
tate requiruntur, & habentur quinto phys.
nempe duo termini, mouens, mobile, locus;
& tempus. Sunt neceſſarij duo termini; alijs
omiſsis, tanquam notis; quoniam motus trã
ſitum ſignificat de termino in terminum, qã

omnis motus eſt continuus, & omne conti-
4 *phys.* nuum duobus clauditur terminis. Deinde,
91 quia motus eſt receſſus ab vno, & acceſſus ad aliud. Vltimò; quoniam, quod mouetur, quoad totum, non eſt in termino à quo, ſed partim etiam in termino ad quem. In motu circulari huiuſmodi termini non ſunt actu; ſed potentia: non ſecundum rem diſtincti; ſed ſecundum rationem; quando .n. mouetur Cęlum, tranſit ab vno puncto ad idem, quod habet rationem utriuſq; termini: habet rationem termini à quo, ut illinc incipit motus: habet rationem termini ad quem, ut illuc reuertitur. Sed an ejuſmodi termini ſpecie differant? Affirmatiuè reſpõ-
2. *cęl.* det Ariſt. Ratio eſt, quia debent eſſe contra-
16. rij; diuerſo tamen modo. In motu locali recto, in motu alterationis etiam clariſsimũ eſt; in motu verò augumẽtationis eſt aliquo modo uerum; quoniam augumentatio eſt à quantitate imperfecta ad perfectã, quę ratione ſubiecti nõ differut ſpecie; ſed quodãmodo differunt; qa quãtitas pfecta, ratione operationis, facit ea, quę imperfecta facere neqt. Ad ultimũ; dicitur quod motus verè, & ppriè ſũptus .i. motus phyſi. conuenit õnibus reb.
6. *phys.* corruptibilibus, & ẽt incorruptibilib. dũmo
36. & 1. dó ſint quantę. i. dimẽſiones habeant. Ipſe. ve
cęl. ró in preſenti loco, & eſt res valdè difficilis,
T. 1. aperiam ſolummodo, quomodo motus ani-

malibus

malibus competat; nec non grauibus, & leuibus. Quantum ad primum, ignorandum non eſt, quòd motu ſolummodo locali animal ſeipſum mouet; propter quod altera eius pars mouet, altera veró mouetur. Pars mouens vel principaliter mouet, & tunc eſt ſuppoſitum agens; quomodo ipſum animal ſe mouet, & à ſeipſo mouetur. Vel eſt ratio mouendi, ideſt forma, qua mouens mouet; vti anima dicitur mouens, mobile autem materia illi correſpondens, quę patiendi eſt ratio. Vel eſt id, quod realiter mouet; non tamen denominatur principaliter mouens; & ſic in animali per mouens motu locali eſt cor; quod uero mouetur eſt reliquum corporis: hoc dico cum Ariſt. quoniã in corde eſt principium ſentiendi, & per cõſequens mouendi localiter. Et quamuis etiam alijs motus ſpeciebus moueatur animal; at quoniam in illis non eſt propriè, & diſtinctè aſſignare partem mouentem, & motam; ideo ſolo motu locali propriè moueri dicitur. Circa illud, de corde quod dictum eſt; aliqua incidit difficultas; quoniam, ſi cor eſt principium motus localis, qui motus incipit à dextra, vt apertè dicitur ſecundo de cęlo; quomodo poſtea cor in medio animalis reperitur? vti expręſſè dicit ipſemet Ariſt. ſecundo de hiſtoria animalium inquiens, cor propriè in medio pectore, omnibus

8. phyſ. T. 20. & 51.

de inuentute cap. 2.

2. de generati. & de parti. ani. cap. 1.

T. 15.

cap.17. nibus eſt, preterquam in homine; habet .n. potius homo in parte leua. Diceré, quòd cor ſecūdum ſe totum in medio pectoris eſt ſituatum, habet tamen radices in dextra parte, quę ſunt cauſa motus, qui propterea inde ortum ducit. Premitto pro ſecundi explicatione, quòd tria ſunt accidétium genera, quę phyſicis conueniunt rebus. Primum genus eorum eſt, quę neceſſariò fluunt à ſubiecto. Secundum eorum eſt, quę pertinent ad ſubiecti conſeruationem. Tertium eorū deniq; ſubiectum quę exornant; atq; perficiunt. Primi generis accidentia generanti tribuuntur; ſicut illa tertij generis ipſi ſubiecto, nec nō illa ſecūdi generis partim. Aut .n. natura tribuit rei genitę neceſſaria ad cōſeruationem, & proprias operationes exercēdas, & tunc illa concernunt ſubiectum, & operationes tribuuntur rei genitę, & non generanti. Aut talia non tribuit, niſi ſecundum quandam propenſionem: ita ut operationes, ſiue ſtatim fluant, ſiue poſtea ſublato impedimento, non alia actione, quàm generantis fluant; quoniam illamet actio, quę ſubiecti naturam produxit, propenſionem quoque illam produxit incohatiuè, uel radicaliter ſaltem. Iam hę per ordinem ponūtur concluſiones. Grauia, & leuia non mouentur à ſeipſis. Eſt ipſius Ariſt. ſecundum cuius doctrinā hęc eſt potiſsima ratio; quoniam

8 phys. ca.4 per plures text.

alia ſcilicet ea, quę mouentur ſeipſis, diuiduntur in partem mouentem, atque motam quę partes in grauibus, & leuibus minimè poſſunt aſsignari, cum omnes ſint ſimilares, & continuę. Grauia, & leuia à generante mouentur, tanquam à principali mouente. Hoc etiam eſt ipſius Ariſt. expreſſè eodem loco propè finem, & quarto libro de Cęlo, *cap. 3.* ſecundum quem hęc ratio ualet afferri; quoniam eſſe in loco ſupero eſt paſsio leuium, ſicut eſſe in loco infero grauium; & omnis rei paſsio efficitur ab eo, qui rem generat. Quęcunque forma in grauibus, & leuibus paſsiuè illa mouet; generans uerò effectiuè. Apprimè conſonat Ariſtoteli locis citatis: deinde motus ipſorũ potius pullulat, quàm efficiatur à dictis formis, & iam clarum eſt, q̃ q̃ pullulãt ab aliqua forma eadẽmet actione ſunt cum ipſa forma. Experientia roboratur; uidemus enim ſtatim quòd generatur leue, ab eadem cauſa generante ſcilicet, ac diſpoſitionem elargiente ſurſum eleuari. Nec obſtant in contrarium quę valent adduci; vnde ſi dicatur, grauitas concurrit ad motum vti principium inſtrumentale effectiuum; ſed grauitas fluit à forma ſubſtantiali ipſius grauis; ergo forma ſubſtantialis erit principium effectiuum illius motus, & principalius, quàm grauitas. Maior primò ita oſtenditur: quoniam graue ratione gra-

uitatis

uitatis impedimentum ſępe frangit,quo de tinetur, & hoc impetum faciendo, quod nō conuenit,niſi actiuo principio.Secundò ita monſtratur; magis graue ratione grauitatis velocius mouetur; quàm minus graue; quoniam maiorem impetum facit deſcenden-
T.82. & alibi do:poteſt etiam deduci ex Ariſt.quarto phyſ. Reſpondetur per maioris negationem, & ad primam probationem dicitur, grauitatem eſſe principium formale,quo res grauis eſt apta deſcendere,& ſupra impedimentum grauitare; quę grauitas aliud impellit corpus. Vnde grauitas;reſpectu grauis habet rationem principij paſsiui,formalis reſpectu impulſus;actiui quodammodo, licet non verè, quatenus graue alia corpora impellit. Similiter ad ſecundam probationem dici poteſt;illa enim grauitas facit quidem, non effectiuè; ſed formaliter,ut magis graue maiori impulſu deſcendat, ratione cuius uelocius medium ſcindit Si dicatur ſecun-
7.phys.T. 9. dò;Mouens,& mobile debent eſſe immediata: ſed graue poteſt moueri generante cor-
2.phys.T. rupto; non igitur ab eo mouetur. Robora-
T 37.&5. met T.2. tur primò; quoniam effectus in actu, & cauſa in actu debent eſſe ſimul;ſed graue,iam corrupto generante, moueri poteſt; ergo ab eo effectiuè non mouetur. Secundò;relatio realis inter mouens,& motum eſſe nequit,niſi inter extrema realiter diſtincta; ſed gene-

rans

rans corruptum non exiſtit quando mobile mouetur, ergo non poteſt ad illud realem habere relationem, & per conſequens nec illud mouere. Reſpondetur quòd agens proximum debet eſſe immediatum ſecundum ſubſtantiam ipſi mobili; in principio ſaltem motus: in medio verò, & in fine ſatis eſt, ut immediatum ſit illi ratione alicuius, in quo uirtus eius ſaluetur; ut in proijciente lapidem apparet. Dicitur etiam ad primam confirmationem, quòd effectus in actu ſatis eſt quòd habeat agens in actu, uel in ſe, uel in ſua uirtute; quia quando graue eſt actu, etiã exiſtit generans ratione formę, in qua eius uirtus conſeruatur; producendo enim formam, paſsionem quoque uirtualiter producit, quę à tali forma, dummodò non impediatur, actualiter emanat. Ad ſecundam dicitur ſatis eſſe, ſi in principio motus moués, & motum reali relatione referantur. Pro huius rei cõpleta notitia uideas Scotum, & Ariminenſem; ſed noli concedere Ariminenſi id, quod reſpondet auctoritati Ariſt. nempe quòd antequam moueantur naturaliter, indigent quòd ponantur extra ſua loca naturalia; uel, quòd remoueatur prohibens; quę cum ipſa efficere nequeant, ideo ab alijs moueri dicuntur. Talis enim explicatio Ariſtotelis menti non conſonat: propterea uide Ariſtotelem eodem libro, ubi quatuor ponit

2. ſ diſt. q 10. 2. ſ diſt. 6. q. 1. art. 3.

8. phys. T. 27.

T. 23. & 30.

nit

nit rationes, quę militant contra Ariminenſem. Primam, & faciliorem ipſe referam, quę ita ſe habet. A ſe moueri uiuere eſt: ac huiuſmodi, ideſt elementa, quę grauia, & leuia ſunt, non uiuunt: à ſe igitur non mouentur. Apparet manifeſtè, quód in tali ratione philoſophus comparatiuè loquitur quantum ad mouendi modum contraponendo; cum igitur clariſsimũ ſit per eundem, quód uiuentia ſeipſis mouentur propriè, & immediatè, ſeu directè, ſequitur quód intelligat; quód elementa, uel grauia, ſeu leuia omnia, non per accidens, ſed directè, & propriè, ſeu per ſe ab alio moueantur, ideſt à generante; quamuis concedi ualeat, ꝙ ſubſtantialis quoq; forma concurrat, tanquam principium effectiuum, ut quo; uti ſupra quodammodo oſtenſum eſt: & per hanc limitationem multa ſoluuntur argumenta.

Dilucidatio ſuper principio quinti capitis primi libri Perihermenias, ubi habetur, Sunt hæc quidem rerum vniuerſales, illa uerò ſingulares.

cap. 20.

HVIVSMODI Ariſt. verba occaſionem prębent videndi in Primis, an ex ſeipſis, antequamcunq; intellectus operationē; ſint res vniuerſales? Talis autem quęſtio

de

de reb⁹ nõ excitatur, quę primò, & immediatè terminis ſingularibus ſignificantur; cum res enim eiuſmodi ꝑ ſe ſingulares exiſtant, nec ante, nec poſt quãcunq; intellectus operationem poſsint eſſe vniuerſales. Mouetur vtiq; de rebus immediatè per terminos communes denotatis. Aduertendum eſt deinde, huiuſmodi res tribus modis concipi poſſe. Primò ſecundum ſe, ideſt ſecundum ipſarum naturam, & rationem; quo pacto conueniunt illis ea tantum prędicata, ad earum eſſentiam quę pertinent. Secundò, quatenus indiuidualibus differentijs ſunt coniunctę, ideſt ꝓut habent eſſe in ſingularibus, veluti conueniunt illis multa predicata accidentalia; vt calidum, frigidum, &c. hęc .n. accidentia primò per ſe conueniunt ſingularibus rebus; quoniam induuntur conditiones materiales, & indiuiduantes. Propterea dicit Ariſt. quód deſtructis primis ſubſtantijs accidentia non remanent quantum, ſupple, ad eſſe exiſtentię. Tertiò quatenus intellectui repręſentantur per aliquam ſimilitudinem in mente poſitam, ideſt per ſpeciem intelligibilem. Sciendum eſt ultimò neminem eſſe, qui dicat huiuſmodi res ſecũdo modo acceptas vniuerſales eſſe; uel, tertio modo non eſſe vniuerſales: de ipſis igitur primo modo sũptis quęſtio remanet examinãda. D. Thom. loco iam citato Hanc ſtatuit concluſionem

D. Thom. de ente & eſſentia.

in ꝑdic. ſubſt.

concluſionem. Res primo modo acceptę vniuerſales non ſunt, nec ſingulares; utrumque tamen per accidens conuenit eis: eſſe quidē ſingulares; quatenus indiuidualibus differentijs ſunt vnitę: vniuerſales uerò; prout ab intellectu abſque huiuſmodi differentijs conſiderantur. Subſtinetur eadem concluſio, & rectè quidem, ab omnibus Thomiſtis; vnde ita probatur. Si homo, ſecundum ſe, vniuerſalis eſſet, nunquam differentijs indiuidualibus, quę vniuerſalitati repugnant, coniungi poſſent: ſi eſſet etiam ex ſe ſingularis, ſub ratione vniuerſalis verè intelligi nō poſſet; cum nihil ſub ratione ſibi oppoſita intelligi verè queat: at vtrunq; falſum eſt; reperitur enim homo ſuis in ſingularibus, & vniuerſalis eſt in intellectu, nec qui abſtrahunt mentiuntur: homo igitur, de ſe, nec ſingularis, nec vniuerſalis eſt. Quid clarius? ſi vniuerſalis eſſet ſecundum ſe; tunc ſinguli homines eſſent uniuerſales, quod cum ſit falſiſsimum, antecedens quoque falſum eſt: inde poſtea deducitur conſequentia; quoniam quod alicui per ſe competit omnibus con-
1. poſt. uenit. Accedit Ariſt. teſtimonium dicentis;
c 4. vniueſale aut nihil eſt, aut poſterius eſt .i. per
1. de ani intellectus operationem. Nec Auicenna
T. 8. diſſentit cum Auer. ſuper illo Ariſt. loco,
5. ſue dum inquit. Equinitas eſt natura equi, &
met. c. 5 eſt tantum equinitas: nec vna ex ſe, nec plu-

res: nec vniuerſalis,nec particularis.Oppo-
ſita ſententia Scoto ſubtiliſsimo Doctori tri-
buitur in 7.met.miror tamen ipſe; cum nec
uerbum reperiatur ibi, D. Thomę quod ſit
contrarium.Vt res autem clarior fiat,& Sco-
ti opinio intelligatur, aduertendum eſt , de
eiuſdem Doctoris ſententia, quód vniuerſa-
le tribus modis concipi ualet.Primò enim
formaliter.i.pro relatione vniuerſalitatis ,
quę eſt ens rationis, uel ſecunda intentio; &
in concreto , hac uoce,album ſignificatur.
Secundò,fundamentaliter, ideſt pro natura,
quę denominatur vniuerſale; ut homo, &c.
quod ſpectari dupliciter poteſt:aut pro eo ,
quod eſt fundamentaliter remotum aliquod
vniuerſalitatis, ideſt pro natura ſecundum
ſe, & abſolutè ſumpta, ideſt non ſecundum
eſſe,quod habet in ſingularibus,nec ſecũdũ
eſſe, quod habet in intellectu; cęterũ ſecun-
dum eſſe proprium, & naturale; quo pacto
de ſe non eſt ſingularis, nec vniuerſalis; nec
repugnat illi ſingularem, vniuerſalemue fie-
ri; cum indifferens ſit, ut fiat ſingularis per
coniunctionem cum differentijs indiuiduan-
tibus, uel vniuerſalis per repręſentationem
in intellectu abſque eiuſmodi differentijs ;
vnde patet Scotum à D. Thoma huc uſque
non differre. Tertiò,ſecundum eundem, ſu-
mitur vniuerſale pro fundamento propin-
quo vniuerſalitatis, ideſt pro eo, quod vni-

ſup tex 37.

uerſalitati ſubſternitur, ideſt pro eo, quod eſt aptum eſſe in pluribus potentia propinqua: eſtquè indifferens ad plura, nedum negatiuè, ſicut erat antea, quando erat fundamentum remotum vniuerſalitatis; ſed etiã contrariè ad determinationem ad vnum, quam habet in ſocrate; ex eo, quòd indiuiduali differentię coniungitur: & alio nomine indeterminatum poſitiuè dici ſolet, ideſt ynum iam liberatum differentijs indiuidualibus, quę illud limitabãt ad eſſe ſingulare, & factum iam commune, & indeterminatũ ad plura, quę ſub ſe continet, in quibus eſſe poteſt, deque illis predicari; quomodò vniuerſale uidetur ab Ariſt. diffinitum loco iã citato: & hoc illi competit, quoniam repręſentatur in intellectu abſque differentijs indiuidualibus. His ita explicatis, ſententia Scoti tribus propoſitionibus fit clara. Prima, uniuerſale ſumptum formaliter, & pro vniuerſalitate, non eſt à parte rei citra operationem intellectus. Secunda, vniuerſale ſumptum pro fundamento proximo vniuerſalitatis non eſt à parte rei citra operationẽ intellectus; ſed pendet ab intellectu imaginem, & ſimilitudinem formante, qua natura ipſa repreſentatur abſque differentijs indiuidualibus; fitque fundamentum proximum vniuerſalitatis. In his concordat etiam D. Thomas; cũ dicat apertè res eſſe vniuerſales,

nullo

nullo modo citra operationem intellectus; nec formaliter, nec fundamentaliter; intelligendo de fundamento proximo vniuerſalitatis. Tertia propoſitio, vniuerſale ſumptũ pro fundamento remoto vniuerſalitatis .ſ. pro natura ex ſe, & ſecundum ſe ſpectata, eſt ex parte rei extra operationem intellectus; quamuis non propriè dicatur vniuerſale; ſiquidem natura ſic ſpectata, ut iam dictum eſt, nec ſingularis; nec vniuerſalis eſt, ſed ſolummodo talis natura, uidelicet humanitas, equinitas, &c. Cęterum Scotus ſecundo ſent. aſſerit naturam ita conſideratam habere citra operationem intellectus vnitatẽ quandam minorem vnitate numerali, & maiorem vnitate generica, uel ſpecifica, habereq; ex ſe communitatem quandam ſecluſa intellectus operatione; & hoc occaſionem prębuit Thomiſtis arbitrandi ſentẽtiã Scoti opponi D. Thomę: at ſi benè Scoti ſententia intelligatur, apparebit, quòd à D. Thoma non eſt aliena. Notandum eſt propterea, quòd cum vnum ſit paſsio entis, conueniens vnicuique enti ex ſe, citra operationẽ intellectus; ut vna quęque res rationem entis, ita etiam ex ſe, omni ſecluſa operatione intellectus, vnius rationem participat. Cum igitur Socrates, non ſolum vt Socrates, ſed etiam quatenus homo, vel animal ſit ens, eodem quoq; modo rationem vnius obtinet

2 & hic cap. 3.

diſt. 3. q. 1.

prętꝫ omnem operationem intellectus: Addit enim vnum ſupra ens indiuiſionem ſolummodo à ſe, vel ab alio per aliquem entis gradum; & ideo Socrates, vt ſic, quoniam non eſt à ſeipſo per Socraitatem diuiſus, eſt vnum ſibi ipſi. Quatenus homo etiam, cũ per rationalitatem nõ ſit à Platone diuiſus, eſt vnum cum ipſo in natura humana; & ſic de alijs vſq; ad ens incluſiuè aſcendendo, in quo Socrates analogica vnitate cum albedine etiam, vel nigredine eſt vnum. Inter omnes illę ſolum numericę dicuntur vnitates, quę rebus conueniunt ratione alicuius gradus entis, pluribus nullo modo communicabilis, quales ſunt, indiuiduis quę ob differentias indiuiduales conueniunt. Reliquę rebus ratione alicuius gradus entis cõmunicabilis conuenientes, formales vnitates appellantur. Numerica igitur vnitas eſt fundamentum ſingularitatis, formalis verò vniuerſalitalis, ſed remotum: quę ſi fuerit in aliquo entis gradu, cui non repugnet pluribus communicari numero differentibus tantummodo, eſt ſpeciei fundamentum, & ſic de alijs aſcendendo in recta linea predicamentali. Diligenter vlterius, eſt aduertendum; quòd, licet vnitas formalis conueniat indiuiduis ob naturam communem, in qua conueniunt; quoniam tamen talis natura eſt actu diuiſa in Sortem, & Platonem,

vnitas formalis ſequens ipſam, vti paſſio ſubiectum, eſt etiam in vtrunq; diuiſa, ita vt alia ſit vnitas formalis numero Socratis, & alia Platonis. Vnde Socrates, & Plato dicũtur vnum numero formaliter; non quòd eãdem numero formalis vnitas in vtroq; reperiatur; ſed quoniam ipſorum vnuſquiſq; vnitate ſua formali eſt vnus cum alio, ideſt non diuiſus ab eo. Ex quibus liquet vnitatem formalem, quę naturis conuenit communibus, ex ſe, ideſt citra intellectus operationé, vnitate numerali minorem eſſe; quoniam cũ vnitate formali in aliqua natura ſtat indiuiduorum pluralitas; ergo minor eſt, quàm vnitas numeralis, quę nullam ſecum patitur pluralitatem. Quare benè dixit Scotus minorem inquiens vnitatem numerica, ex ſe, & citra intellectus operationem, conuenire fundamentis remotis vniuerſalitatis, ſeu naturis ſecundum ſe conſideratis. Nec obſtat dictum Boetij; videlicet, omne, quod eſt, ideo eſt, quia unum numero eſt, ideſt nulla datur vnitas ex parte rei citra intellectus operationem, pręter numericam vnitatem. Dicitur enim quòd vel per ſe, vel per accidens; ſed illa quę ſunt vnum numero per accidens, ſunt etiam unum formaliter ex natura rei. Vt melius hoc intelligatur, hęc pordinem ponuntur. Primum, natura ſecundum ſe ſpectata non eſt vna unitate numeri-

ca, nec vna vnitate ſpecifica, ſeu generica ſecundum ſe; ſed vtrunq; per accidens conuenit ei. Vnitas quidem numerica per differentias indiuiduales; ſpecifica veró, vel genericà per intellectũ abſtrahentẽ illã à pluribus vel ſpecie, vel ſolo numero differentibus, vti iam dictum eſt, atque probatum cõmuniter. Ex hoc ſequitur ſecundum, videlicet; unaquęq; natura dicitur vna numero; aut vna ſpecie, uel genere, non per ſe; ſed denominatiuè, quoniam vtrumq; illi conuenit per accidens, & extrinſecè. Tertium, Natura ſecundum ſe ſpectata à parte rei ex ſe eſt vna citra operationem intellectus vnitate formalt ex natura rei, quod intelligitur negatiuè, id eſt quòd non repugnat illi vnitati, ſeu vni naturę, quòd cum aliqua vnitate

2. ſ. d 3. q. 1. ſingulari ponatur: & hoc probat Scotus multis rationibus. Quartum, Natura hoc pacto dicitur vna per ſe in ſecundo modo dicendi per ſe; ſicut homo dicitur per ſe riſibilis: eſt enim illa vnitas propria paſsio ipſius naturę ſecundum ſuam entitatem primam, ut inquit Scotus. Quantum ad tertium .i. quoad illam vniuerſalitatem, ſeu communitatem, quam Scotus ponit in rebus ex ſe, pręter intellectus operationem, aduertendum eſt duobus modis aliquod poſſe dici commune. Altero modo, quòd illud ſit aptum contrahi ad plura, quod Scotus uocat inde-

terminatum, ſeu cõmune, in oppoſitũ ad de-
terminationem ad vnum: nos poſſumus ap-
pellare commune in actu, ſeu indetermina-
tum poſitiuè. i. aptum eſſe in pluribus, & de-
terminari ad plura, quale eſt fundamentum
proximum vniuerſalitatis. Quo pacto non
ſumitur commune à Scoto, quando inquit,
naturas ex ſe abſq; intellectus operatione,
communes, uel vniuerſales eſſe. Altero ue-
rò modo negatiuè, quia .ſ. non repugnat ei
eſſe in pluribus, eſtq; de ſe indifferens ad
plura negatiuè, & hoc modo ſumitur com-
mune ab ipſo Scoto, dum inq̃t loco citato,
In creaturis eſt aliquod commune, vnum
vnitate reali, minori vnitate numerali citra
operationem intellectus; quod non eſt ita
commune, ut ſit predicabile de multis; ſed
ita, ut non repugnet eſſe in alio, quàm in eo,
in quo reperitur. Argumentatur in contra-
rium uir quidam grauiſsimus hoc modo.
Quod alicui naturę conuenit ratione ſui,
predicatur ſimpliciter, & ſine ulla additio-
ne de quolibet ſuppoſito ſub illa natura cõ-
tento; Sed communitas, per Scotum, con-
uenit naturę humanę ratione ſui, igitur pre-
dicatur ſimpliciter, & abſq; additione de
quolibet ſuppoſito naturę humanę. Dici-
mus ad maiorem, quam ipſe ſimpliciter te-
net eſſe uerã, non expectando probationem
falſitatis illationis, uel minoris; ꝙ cõuenit na-

turæ ex ſe affirmatiuè, ſeu poſitiuè conuenit et iā per ſe omnibus indiuiduis illius;non tamen quicquid conuenit ex ſe negatiuè, neceſſe eſt,ut negatiuè etiā predicetur de quolibet eius inferiori; namq; anima ex ſe non eſt rationalis;ſecus .n. animal quodlibet rationale eſſet;non tamen inde ſequitur,quòd homo ex ſe non ſit rationalis, immo eſt pre
1.poſt. dicatio in primo modo dicendi per ſe. In
T.9. propoſito, naturam ex ſe eſſe communem; non eſt intelligendum affirmatiuè; ſed negatiuè; ut ſenſus ſit:natura ex ſe eſt communis .i. non repugnat illi eſſe in multis;vel nō eſt propria huic uel illi ſingulari;cæterum indifferens,& poteſt eſſe in multis. Vbi aduerte, quòd non repugnātia eſt duplex, poſitiua.ſ. ac negatiua. De ſecunda ſemper, in propoſito, loquitur Scotus .i. in ipſa natura communi nihil ſecundū ſe reperitur,per quod repugnet illi eſſe in pluribus; id quod in natura cernitur,non ſolum ſub conditione ſolitudinis; ſed etiam in ſingularibus, dummodo accipiatur ſecundum ſe, & non prout eſt jam facta ſingularis. Non miretur aliquis, facilitatis gratia,ſi nonnulla hic repetuntur, & uideat ulterius,pro completa huius rei notitia, an vniuerſale formaliter ſumptum fiat per intellectum agentem,uel potius per poſſibilem? Ipſe, nonnullis poſitis adnotationibus,duabus concluſionibus rem abſoluam.

Sit

Sit adnotatio prima; tria nobis ſunt genera potentiarum, quibus aliquod cognoſcimus uidelicet, ſenſus exteriores, qui vulgatiſsimi ſunt: ſenſus interiores, quos fantaſię nomine complecti ualemus: & intellectus. Cæterum nihil cognoſcimus huiuſmodi potentijs, niſi qualitates quædam recipiantur in ipſis, quas ſpecies intentionales appellãt, quæ nimirũ rerũ cognoſcendarũ ſimilitudines gerunt. Harũ, autẽ q̃ in ſenſibus recipiuntur, ſpecies ſẽſibiles; quæ uerò in intellectu ſpecies intelligibiles nominantur. Secunda; Ariſt. tertio de anima duplicem ponit intellectum nempe agentem, & poſſibilem. Munus intellectus agentis eſt producere ſpecies intelligibiles in intellectu poſſibili, cuius munus eſt p illas intelligere, ac in ſe formare cõceptus rerũ. Cauſa autẽ duplicẽ aſſignãdi intellectũ fuit, quoniã fantaſmata p ſe non poſſunt producere ſpecies inteligibiles, de neceſſitate requiſitas ad intellectionem; nullum enim agens poteſt vi ſua producere ſe nobiliorem effectum; ideo opus fuit ponere intellectum agentem, qui agat in fantaſma ipſum illuſtrando; non formaliter ſicut lux corporea aerem illuſtrat, ſed obiectiuè ſolum eo modo; quo lux illuſtrat colorem exiſtentem in pariete, & efficit, vt actu fiat obiectum uiſus. Ex cuius illuſtratione fantaſmatis ortum ducit ſpecies intelligibi- *T. 5. 18. & 20.*

lis,

lis, quę eſt primum obiectū intellectus poſſibilis,& eſt vniuerſalis; res enim particulares non niſi ſecundariò, & indirectè cognoſcuntur ab eo. Tertia; Res de quibus agimus, quantum ad actualem in natura exiſtentiam non eſſe, niſi ſingulares per differētias indiuiduales; fieri poſtea vniuerſales; quoniam liberantur illis differentijs; detracta enim indiuiduali differentia Platonis, neceſſe eſt ut eius natura communis remaneat. Sed cum hoc re ipſa fieri nequeat, neceſſum eſt, vt fiat ope, ac beneficio intellectus, cui traditum eſt, vt ſine mēdacio diſtincta coniungere, & coniuncta diſtinguere ualeat:Sit modo prima concluſio; Res efficitur vniuerſalis per illū intellectus poſsibilis actum, quem Ariſt.ſcire, ſolet appellare, nos verò primam ſimplicem apprehenſionem. Vniuerſale .n. formaliter, & in actu eſt id, quod habet vnitatem indifferentem; ita ut vnum, & idem poſſit in multis reperiri; quam unitatem res habet ſimul ac à poſſibili intellectu apprehenditur: & tunc dicitur unum poſt multa, ſiue unum ex multis; per illam igitur apprehenſionem efficitur actu vniuerſalis. Prętere a, res actu efficitur vniuerſalis quatenus obiectiuè eſt in intellectu, quod euenit quamprimū in ſpecie intelligibili apprehenditur. Huic ſubſcribitur ſententię, preter alios, Doctiſsimus

Scotus: loco iam citato, ubi ait, naturam non eſſe in potentia proxima ad prędicari de quolibet ſuppoſito; niſi, ut eſt in intellectu poſſibili & etiam ſeptimo met. dum, inquit, uniuerſale neceſſariò eſt intellectu obiectiuè in actu primo, per quod nil aliud intelligit, niſi primò ab intellectu poſſibili apprehendi. Secunda concluſio, Ad productionem vniuerſalis quatuor concurrunt; fantaſmata, intellectus agens, ſpecies intelligibilis, & ultimò intellectus poſsibilis. Concurrunt duo priora; quoniam vnũ abſq; altero ſpeciem intelligibilem producere nequit; verum eſt quòd intellectus agens repreſentat talem ſpeciem intellectui poſſibili Concurit ipſa ſpecies intelligibilis vt rem obiectam ad intellectum poſſibilem deferat ipſum informando. Vltimò ipſemet poſſibilis intellectus rem per ſpeciem obiectam apprehẽdendo, qua apprehẽſione completur vniuerſale, Quare, licet illa tria concauſæ dicantur; quia tamen antecedunt, intellectus verò poſsibilis extremam imponit manum, ideo vniuerſalis effectiò ipſi tribuitur. Sed an per actum ſimplicem, vel comparatiuum? Secundum viam Scoti ita, & optimè repondetur; immo per hanc diſtinctionem facilè tollitur quędam contractiò, in illius dictis, quæ ponitur à nonnullis. Vniuerſale aut ſumitur formaliter, aut q. 18.

completè.

completè. Formaliter, quod ipſe appellat logicum, eſt natura cognita cum actuali relatione ad plura, quæ relatio conſequitur actum comparatiuum intellectus. Completè autem eadem eſt natura; cum primū apta eſt in multis reperiri, ac de multis pdicari, quæ aptitudo ei conuenit, prout eſt obiectiuè cognita per ſimplicē actum intellectus. Vnde quando dicit Scotus, intētiones ſecundas per actum collatiuum intellectus cauſari; rectè ſequitur de eiuſdem ſententia, vniuerſale primo modo, ideſt formaliter sūptum, eadem actione cauſari. Quando uerò aſſerit vniuerſale eſſe naturam, prout eſt obiectiuè in intellectu, priuſquam ad plura comparetur, loquitur de vniuerſale ſecundo modo, ideſt completè; quare uir doctiſſimus minimè ſibi contradicit. Ad illud vltimò, quod ab initio dilucidandum proponitur, dicitur breuiter, quòd verus ſenſus illorum verborum eſt, rerum quędam ſunt vniuerſales, ideſt vocibus communibus intellectui noſtro repreſentantur: quędam verò ſingulares, ideſt quæ ſingularibus terminis ſignificantur. Ratio eſt quoniā enunciationes quantitatē à ſubiecto ſuſcipiūt; ūde ſi erit terminus cōmunis, ppoſitio vniuerſalis erit: & ut ſit communis debet correſpondere conceptui, qui ſit de re ſub ratione vniuerſalitatis: vti jam declaratum eſt.

Diluci-

Dilucidatio ſuper tex. 13. ſecundi de Cęl. ubi dicitur Cœleſte corpus animatum eſſe.

cap. 21.

CIRCA rem hanc ita me geram. Primò animatum ab inanimato, & ab animali quomodo differat oſtendam. Secũdò animatũ eſſe Cœlum, & qua anima, declarabo. Vltimò, pręter ꝓpoſiti textus intentionẽ, an ex Cælo, & eius anima fiat vnum per ſe, dilucidabo. Ad primum dicitur, quòd animatum ab inanimato ſeiungi duobus contingit modis; à poſteriori ſcilicet, & à priori. Primo modo differt per motum; ut quia uidemus aliquod moueri motu progreſsiuo, in cognitionem uenimus, quòd animatum ſit corpus. Secundo modo per habere principium uiuendi.i.per animam. At quid per motum intelligendum ſit, inter Doctores nõ conuenit; ipſe tamẽ ſum cum Simplicio, ut intelligãtur, nutritio, augumentatio, &c. Conſonat Ariſtoteli dicenti, quodlibet eſſe viuum, uel animatum per animam uegetatiuam, cuius nutritio, augumentatio, & generatio dicuntur effectus. Ab animali verò differt animatum, uti genus à ſpecie; communius eſt enim animatum, quàm animal; & ſicut ſpecies ſuperaddit generi, ita animal

1. cęli. T. 9.

2. de ani. T. 13.

2. de ani. T. 16.

animato;

Porph in ca de diſ. in prima diffini. 3. de ani. T.68. animato; addit enim ſenſum, ſaltem tactus, qui ſufficit ad animal ingenere conſtituendum. Sed an inter animatum, ideſt uegetatiuum, & animal, ideſt ſenſitiuum, preciſè, detur medium? Ex noſtratibus celebriores, nempe Ammonius ſuper tex. tertio ſecundi de anima, & Alexãder in paraphraſi de anima dicunt naturam gradatim ab inanimato tranſire per gradum uegetabilem, qui *cap. 10.* conſtituit plantam; ad gradum medium, q; conſtituit Zoophita, ideſt plantanimalia, ut Budeus interprętatur: & tandem ad gradum perfectum, quando verè animalia dicuntur. Vnde patet inter animatum ſimpliciter, & animal perfectum dari aliquod, quod vtrũq; ſecundum quid appellari valeat. In oppoſitum facilè quis dicere poſſet; tale medium, vel habet animam uegetatiuam tantum ſine ſenſitiua, & ſine aliquo ſenſu, vel ſenſitiuam cum omnibus ſenſibus, uel cum aliquo ſenſu. Si primum, eſt planta ſolum: ſi ſecundum, eſt perfectum animal: ſi uerò habet ſenſum tactus ſulummodò, ad huc erit animal; cum omne animal ſit per tactum, ut iam probatum eſt. Inſuper, Ariſt. eſſet diminutus; cum de tali medio nullibi fecerit mentionem. Dicitur primò, quòd, quãuis philoſophus nullam de tali medio mentionem fecerit; non propterea tamen eſt diminutus; quoniam intendit ipſe ſolummodò

dò agere de perfectis animatis, cuiuſmodi non eſt tale medium. Deinde, quód tale medium aliquando habet tactum, & quandoq; omnes ſenſus in potentia; quantum uerò ad uſum, habet altricem tantum: quando uerò eſt in termino ultimato habet ſenſus, etiam quantum ad uſum, qui ipſi competunt ſecundum naturam ſuæ ſpeciei. Inſtaret fortè, quoniã embrio nõ ſolũ in vtero nutritur, ſed augetur quoq; nõ ſolum igitur altricẽ habet actu, uerũ etiã augumẽtatiuã. Reſpondetur quód per virtutem altricem intelligitur uegetatiua, quæ ſub ſe continet etiam augumentatiuam. Ad ſecundum, poteſt primò ex textu iam in principio propoſitio, talis elici ratio. Cęlum habet principium, à quo incipit motus; omne tale eſt animatum, ergo Cælum eſt animatum. Secunda ratiò elicitur ex textu 36. duodecimi Diuinorum hoc modo; Omne, quod mouetur motu cognitionis, & deſiderij, eſt animatum, huiuſmo eſt Cœlum, ergo eſt animatum. Et hanc rationem arbitror eſſe demonſtratiuam ſimpliciter: quoniam dat Cęlum animatum eſſe, & propter quid ſit animatum. Duo textus, qui habentur in ſecũdo de anima, videntur eſſe in contrarium; nempe tertius, ac ſextus; in altero enim habetur, quòd illud dicitur corpus viuens, ſeu animatum, quod nutritur, & augetur cuiuſmodi

Vide 8. phys T. 29 de ani. T. 13.

modi

modi Cœlum non eſt: in altero uerò quòd anima eſt actus corporis organici; & iā Cœlum non eſt organicum, ergo ſequitur ipsū animatum non eſſe. Miſsis reſponſionibus recentiorum Patauinorum, quæ longa indigent diſcuſsione, an ſoluant, nec ne? ad utrū que dicitur ueritatem habere de anima informante ſolummodo, quæ propriè anima dicitur ab animando, ideſt informando; nō autem de anima adſiſtente. Vnde ſenſus eſt, omne animatum, ſupple, anima informante nutritur, &c. & anima eſt actus, ſupple, primus, ideſt forma informans corporis organici; huiuſmodi autem ſolutio in Ariſtotele uerſato nunquam uidebitur noua. Hinc fit etiam notum non eſſe animatum Cœlum anima uegetatiua, nec ſenſitiua, neq; intellectiua rationali, uti eſt anima noſtra; cum ipſarum quælibet ſit forma informās; immo da oppoſitum, & erit corruptibile, vel homo: uel organa ſaltem haberet, quibus cum ſit denudatum, natura deficeret in neceſſarijs; quod nullo pacto eſt aſſerendum. Remanet igitur ut anima ſine diſcurſu intelligente, ideſt intelligentia, quam nos alio nomine Angelum, ab officio ſolemus appellare, ſit animatum. Et in hoc defecerunt moderni Patauini abſolutè dicentes animatum eſſe anima intelligente, cū etiam anima noſtra intelligat. Defecerunt etiam in ratione aſſignanda,

ſignanda, dum aiunt, quòd cęlum, cum ſit ęternum, anima etiam, quę ſit ęterna, debet eſſe animatum; non eſt .n. maior ratio, quantum ad hoc, de intelligentia; quàm de anima noſtra; eſt enim anima noſtra ęterna, & immortalis, ſicut intelligentia, ad mentem philoſophi, ut alibi oſtendam; ęterna, inquã ſecundum ſpeciem. Crederem hanc ueram eſſe rationem, quód intelligentia ideo eſt Cœlo applicata, ut ipſum moueat ſempiterno motu, continuó, & vniformi, quod conſecutiuè obtinet, hoc eſt, quòd per ſe primò intendit aſsimilationem ad Deũ in cauſando alia, quę perfectio in mouendo conſeruatur; ideo quaſi per accidens intendit ſemper mouere; tanquam infinitę circulationes non ſint per ſe, ſed quia tot requiruntúr ad motoris perfectionem conſeruandam, de ſecunda loquendo: uel ad effundendam, de prima úerba faciendo. Et quoniam delectatio, quę in tali ſita eſt aſsimilatione, in nobis paruo tempore reperitur; in intelligentia uerò ſemper; hinc fit, ut Intelligentia potius, quàm anima noſtra ſit Cœlum animatum. Adde, quôd quamuis anima humana ſit incorruptibilis; non ſequitur propterea, quod corpori incorruptibili .i. ipſi Cœlo vniri debeat; & ratio eſt, quoniam in materia duplex eſt conditio; altera eligitur, ut ſit formę conueniens, altera uerò priorem de neceſsitate

12. met. T. 47. 2. cęl. T. 28. 2. Cœli T. 62. & 63.

12. met. T. 39.

8. met. T 11. & 2. de ani. T. 24.

ceſsitate conſequitur, ſicut artifex ad formã ſerrę eligit materiam ferream aptam ad ſecandum, quam ſequitur, ut eius dentes rubiginem contrahere poſsint; ita intellectiuę animę corpus debetur, quod ęqualis ſit complexionis, ad quod ſequitur de neceſsitate materię, quòd ſit corruptibile, uti iam eſt expoſitum. Obijcitur contra determinata; Cœlum eſt animal, ergo habet etiam ſenſitiuam animam, nota eſt illatio apud Ariſt. antecedens eſt Auer. & Themiſt. Item, anima intellectiua ſupponit ſenſitiuam; ſi cęlum igitur animatum eſt anima intellectiua, ergo & ſenſitiua. Ad utrunq; argumentum hac vnica reſpondetur diſtinctione. Animal duplex eſt, corruptibile ſcilicet, & incorruptibile: primum non poteſt eſſe abſq; ſenſu; etiam quod ſit animatum anima intelligente; ſecundum uerò utiq; , cùm ſit animal perfectiſsimum, ſumendo animal latiſsimè, i. pro animato corpore; ut perſępe grauiſsimi uiri conſueuerunt accipere, cui nec perfectiſsimi ſenſus conueniunt, ſi darentur, cum requirant organizationem, quæ in corporibus homogeneis .i. partium ſimilarium, dicit imperfectionem; ipſorum namq; deſtrueretur natura. Ad vltimum; conuenio cum Patauinis, poſtremò, quantum ad concluſionem .i. quod ex orbe, & intelligentia non fiat vnum per ſe .i. quòd intelligentia

2. cęl. cõ. 71. 3. de ani. cap. 71. 2. de ani. T. 30.

non

non eſt forma informans, ſed adſiſtens ſolummodo hac ſeruata diſtinctione. Cœlum duobus modis accipi poteſt, altero modo pro orbe ſolummodo, quo pacto forma eius ſubſtantialis eſt illa, ex qua vna cum materia Cœlum fit vnum per ſe .i. intrinſece, ſeu eſſentialiter eſt compoſitum: quo pacto etiam dicitur corpus ſimplex, diſtinctę naturę à quatuor elementis, ut diffuſe ꝓbat Ariſt. primo de Cœlo, & intelligentia nihil rei habet cum eo. Altero vero modo poteſt accipi Cœlum pro aggregato ex orbe, & intelligentia, ubi duplicem reſpectum conſiderare ualemus. Primum inter orbem, & ipſam intelligentiam .i. quatenus intelligentia mouet orbem; & ſic intelligentia dicitur forma extrinſeca, & aſsiſtens ſolummodo, & orbis dicitur animatus anima adſiſtente; quare vnum faciunt per accidens, uel per aggregationem, uti dictum eſt. Secundum inter orbem, & intelligentiam ſimul ex vna parte, & motum ex altera; & ſic orbis, & intelligentia faciunt vnum per ſe: cum de neceſsitate requirantur ad motum cauſandum; ſicut equ dicũtur de eſſentia currus, ad hoc ut currat. Sed obijceret aliquis, quod hoc modo quodlibet poteſt animatum appellari. Inſuper, quod omne id, per quod alicui propria operatio ineſt, eſt forma dans eſſe: at iam per intelligentiã propria Cœlo ineſt operatio; igitur 2. de aui. T. 24.

 tur

tur eſt forma informans. Dicitur ad primũ, q̀ longè diſparem eſſe rationem; intelligentia .n. mouens Cœlum eſt intimè ipſi vnita in eodem ſitu cum eo; quod non accidit in alijs mouentibus extrinſecis, ut in homine lapidem proiciente; & hinc euenit, ut Ariſt. de orbe, & intelligentia, tanquam de vno ente, aliquando uerba faciat. Ad ſecundum reſpondent Patauini, & rectè, reſponſionem
e. 2. d. 14 tamen ab Egidio ſecretó ſumpſerunt; quòd
q. 3. dub. intelligentia tribuens motum Cœlo tribuit
2. etiam uitam, p quod dicitur ei tribuere aliquo modo eſſe, i. eſſe ſecundum quid, quod non eſt per informationem, & ab alijs dicitur eſſe ſecundarium. Dicerem ipſe ulterius, quód in illo textu Ariſt. accipit utranq; partem compoſiti, & vult, quòd ſi aliqua operatio reperitur in compoſito, quomodocunq; ſit compoſitum, quę competat ei ratione formę, & ſubiecti, quod illa operatio competit ei primò ratione formę, deinde ratione ſubiecti; licet .n. materia, ut ſic, non agat; ſecũ tamen habẽs formam coagit aliquo modo. Ad rem; reperitur motus in cęlo, ut eſt quoddam totum ex intelligentia, & orbe: ille motus primò intelligentię, deinde orbi tribui debet; propter quod intelligentia dat eſſe orbi, ut coagat ad motum aliquo modo, & ut de potentia mobile fiat actu mobile; vnde maior illa Ariſt. quantum ad hoc remanet

etiam uera. Quantùm ad propoſiti textus intentionem; vult ibi Ariſt. ex ſuppoſitis in præcedentibus probare, quòd in cœlo omnes poſitionis differentiæ reperiantur, hoc modo. Omne animatum habens principiũ per ſe motus, habet dextrum, & ſiniſtrum, ſurſum, & deorſum: &c. Sed cœlum eſt animatum habens per ſe principium motus. Ergo cœlum habet deſtrum, ſiniſtrum, &c.

Quomodo intelligatur dictum Ariſt. ſecundo poſt. Definitio eſt oratio ipſius quod quid eſt. T. 10.

Cap. 22.

POST loci huius explicationem, quotuplex diffinitio ſit, & à demonſtratione quomodo diſtinguatur oſtendam. Secundò an diffinitio, & demõſtratio requirant actualem rei exiſtentiam, aperiam. Ad primum, cum Ariſt. dicitur, quód definitio eſt oratio ipſius quod quid eſt. i. eſt illud, quod prędicatur ſecundum ſe de vnaquaq; re, & eſt in ipſa; vnde reſultat primus modus dicendi per ſe, qui eſt, quãdo tota diffinitio, uel pars eius de diffinitio prædicatur. Occurit tamen dubitatio; quoniam genus prędicatur ſecundum ſe. i. eſſentialiter, uel in quid de ſpecie, & in ipſa reperitur, attamen diffinitio dici non poteſt. Reſpondetur quòd non ſufficit

7. met. T.

1. poſt. T. 9.

ad hoc, quòd aliquod ſit diffinitio, quòd predicetur in quid de aliquo; ſed requiritur,
2. top. c. 4. quòd predicetur conuertibiliter .i. quod explicet precisè totam rei definitę quidditatē; cuiuſmodi non eſt genus, nec differentia. Confirmatur; quoniam diffinitio dicitur quaſi finitio .i. definitæ rei fines conſtituens, ideſt quòd nec plus, nec minus, quàm in eſſentia rei continetur, in ſe complecti debet; vnde merito ab Ariſt. terminus plerunq; nuncu-
T.32. patur; ſed precipuè quod nec non legitur, & ſubſtantia vniuſcuiuſq;, quod ſignificat eſſentiam .i. diffinitio quiditatiua; terminus nuncupatur. Sed inſtabis; quoniam ſpecies predicatur in quid, & adequatè de quolibet indiuiduo ſub ſe contento; attamen diffinitio neq; dici ualet. Reſpondetur quòd ad interrogationem factam, per quid eſt, de aliquo indiuiduo nos poſſumus reſpondere &
Ex Ariſt in predicamento ſubſt per nomen ſpeciei; & per diffinitionem ipſius. Reſponſio per nomen adequat naturam rei; ſed confuſè; reſponſio uerò per diffinitionem, diſtinctè: eſt reſponſio Ariſt. in primo phys. ubi inquit; totum enim quoddam, & indiſtinctè ſignificāt; ſupple nomina, ut circulus: definitio autē ipſius .i. correſpōdēs circu-
T.5. li nomini, diuidit in ſingula .i. diſtinctè naturā eius declarat; quod ꝓpriū definitionis eſt
1. rhet. & 4. phy. munus. Diuiditur poſtea diffinitio ab Ariſt. in diffinitionē nominis, & diffinitionē rei.

Prima,

Prima, quę interpratio, & à nõnullis etymologiā etiā nuncupatur, eſt oratio alicuius dictionis vim explicans; vt magnanimus eſt, qui magnum habet animum. Secunda verò eſt oratio alicuius rei naturam aperiens; & hæc triplex inuenitur ideſt eſſentialis, cauſalis, & deſcriptiua. De prima mentionē facit Ariſt. loco citato, & ſeptimo met. ibiq; quòd debet cōſtare ex genere, & differentia. De ſecunda meminit primo de anima, vbi docet etiam, quòd aliquando licet diffinire per vnam cauſam tantum, aliquando per plures; ſed aduertēdū eſt, quòd diffinitio tradita per cauſam formalem propriè non differt à quiditatiua; & ratio eſt, quoniam forma eſt idem, quod differentia ſubſtantialis, à qua precipuè pēdet diffinitio quiditatiua. De tertia nullibi habetur aliquod expreſſè ab Ariſt. poſſunt vtiq; colligi aliqua ex ſeptimo met. videlicet, quòd ſit accidentaria, i. quę non quid res; ſed potius, qualis ſit, oſtendit; quare poteſt dici oratio rem per ſua accidentia manifeſtans: & eſt duplex; altera enim per genus traditur; & accidēs propriū quarto modo ſumptū apud Porph. ut homo eſt animal riſibile. Ad hanc illę reducuntur, quæ per effectus aſſignantur, vt iuſtitia eſt, quę ſuum vnicuiq; tribuit; altera verò datur per accidentia communia, quę licet diuiſim in pluribus reperiantur re-

T. 11. 2. poſt T. 10.

T. 43.
T. 6.

T. 14.

in predicabi cap. 4.

bus; iuncta nihilominus non niſi rei, quę per ipſa deſcribitur, conuenire poſſunt; vt homo eſt animal bipes, rectum, pulchrum, diſciplinę capax, &c. & ad hoc difinitionis genus multę Pœtarum, Oratorumq; deſcriptiones reduci poſſunt. Sed quommodo deſcriptiuæ difinitiones ducere poſſunt in ſubſtantię quiditatis cognitionem? Reſpondetur quod nullum accidens de ſui natura ducit in cognitionem ſubſtantię; quoniã quod
.1. poſt natura ſua cauſa eſt cognitionis à priori, exiſtétię et cauſa exiſtit; accidés autẽ nõ cauſat,
ꝑ.5. ſed cauſatur à ſubſtantia: ducit igitur in talẽ cognitionem à poſteriori, ideſt iuxta modum noſtrę cognitionis, quę incipit a ſenſu, cui primò accidens obijcitur. Iam dicitur, quòd diffinitio deſcriptiua primi generis maximè conducit ad cognoſcendam rei eſſentiam; quia õnis effectus proprius, qualis eſt proprium reſpectu eſſentiæ, per ſe cõ
ꝑ.11. ducit, quamuis a poſteriori, in cognitionẽ cauſæ, vnde meritò dixit Ariſt. primo de anima; accidentia, ſupple propria, magnam partem conferunt ad cognoſcendum quod quid eſt, ideſt rei eſſentiam, & ideo differentiarum loco multoties aſſumuntur. Definitio deſcriptiua ſecundi generis ducit etiam à poſteriori in cognitionem ſubſtantię; nõ diſtinctã, ſicut prior; ſed confuſam; quoniam accidentia communia, vt albedo, nigredo

do, &c. cùm non ſint propria alicuis ſpeciei, vel indiuidui, non magis ducunt in cognitionem hominis, quàm bruti. Ducit in cognitionem, non quidditatiuam, vti prior, ſed diſcurſiuam; dummodò non aſſumantur ſimul tot accidentia communia, vt proprio æquippolleant; tunc enim loco differentiæ aſſumi poſſent. Diſtinguitur definitio à Demonſtratione & à priori, & à poſteriori. Primo modo diſtinguuntur; quoniam non sūt eadem vtriuſq; principia: ſecundo verò modo; quoniam eaſdem non habent proprietates, nec eoſdem producunt effectus; vt in reſolutorijs verſatus multis in locis videre poteſt; accidit vtiq; definitioni, vt in demonſtratione varijs modis reponatur; da oppoſitum, & non erunt duo inſtrumenta cognoſcendi realiter diſtincta, contra philoſophū. *1. poſt. T. 22.*

Circa ſecundum, eorum motiua referam in primis, qui partem ſubſtinent affirmatiuā, quibus ſolutis rem ipſam dilucidabo. Mouetur primò per id, quod habetur primo poſt videlicet; vera quidem igitur oportet eſſe; quoniam quod nō eſt, non eſt ſcire. Soluitur, quòd per id, quod non eſt, Ariſt. intelligit falſum; vnde quinto met. inquit, falſum eſt id, quod non eſt, ſupple, nec in actu, nec in potentia, ideſt cui omnino repugnat eſſe in rerum natura; quæ explicatio ex eodem textu colligi poteſt. Secundò per id, quod legi- *1. met. T. 48.* *T. 5.* *T. 15.*

tur

T. 21. tur ſecundo poſt. nempe facilius definimus ſingularia; quàm vniuerſalia, & iam patet, quod ſingularia habent eſſe exiſtentię in rerum natura. Reſpondetur dupliciter; primo, quod non aſſerit definitiones primo, & per ſe ſingularium eſſe; ſed ſecundario: & tunc facilius eſt definire ſingularia; quoniam difficilius eſt inuenire definitionẽ hominis in cõmuni. quàm illã poſtea huic, vel illi applicare. Secũdo dicitur, quod accipit ibi ſingularia in reſpectu, & nõ ſimpliciter; vt etiã acipit primo phys. t. p minus vniuer-
T. 4 eodẽ lib T. 22. ſalibus: & ratio ſui dicti eſt, quoniã in magis vniuerſalibus magis latent ęquiuocationes definitionis naturæ cõtrariantes. Tertio; quoniã ſunt Auerroiſtę, & quibuſdã mouentur, quę ſcripſit Auer. ſuper primo priorũ,
cap. 1. quód ſcilicet in propoſitione de in eſſe, & de neceſſario, vt ſit de omni; oportet quod pdicatum verificetur de quolibet contento ſub ſubiecto; vt omnis homo eſt rationalis, quod eſt eius exemplum, vnde videtur velle, quod iſta non ſit vera, omnis homo eſt rationalis; niſi rationale de Socrate actu exiſtente verificetur. Dicitur, quod ibi Auer. accepit rationale non pro actu primo; ſed pro actu ſecundo; ac ſi dixiſſet, omnis homo eſt rationalis, idelt actu ratiocinatur, vel loquitur: quod non eſt contra noſtrum propoſitum; eſſet vtiq; ſi rationale ſumeretur ab

co..

go pro actu primo, ideſt pro hominis diffe-
rentia. Quod autem ſumatur pro actu ſe-
cundo, oſtendit clarè noua Buran. tradu-
ctio; vbi enim habet ãtiqua, omnis homo eſt
rationalis; noua dicit omnis homo loquitur.
Hac vltimò fulciuntur ratione, quando de-
monſtratur hominem eſſe riſibilem, aut ri-
ſibilitas aliquod eſt, vel nihil. Secundum di-
ci non poteſt, ergo aliquod: & tunc, vel eſt in
ſubiecto, vel non, ſecundum dici nequit;
quoniam eſſet ſubſtantia; ergo eſt in ſubie-
cto; & per conſequens actu exiſtit. Dicitur
primò ad illam regulam, quod omne, quod in ãtepræ
eſt, vel eſt in ſubiecto aliquo, ſupple in po- dic. 1 ãnal.
tentia, vel actu: & è contra, ideſt omne, quod pos. &
non eſt, aut non eſt in ſubiecto in actu, aut predid.
non eſt in potẽtia; vnde habetur ſatis eſſe, ri- ſubiecti
ſibilitatem eſſe aliquod in ſubiecto, in po-
tentia, & non in actu exiſtentię. Dicitur ſe-
cundò; quod riſibilitas, cum ſit accidens
proprium, quod neceſſarium, & eſſentiale, i.
ab eſſentia fluens ſolet appellari, primò cõ-
uenit homini, vt ſic, ideſt in communi, de-
inde, particularibus hominibus: & iam pa-
tet, quod homo in communi, quoad eſſe exi-
ſtentię, non datur in rebus, ergo nec eius paſ-
ſio per neceſſariam conſequentiam. Vide
Porphirium in capite de ſpecie in fine, qui
huic ſubſcribitur ſẽtentię. Vide etiam pro 1 poſt
ipſis Lynconienſem dicentem, quod ſpecies cap. 7.

poſitius

poſitiuę, quę faciunt ad mundi pfectionem ſemper actu exiſtunt; dicas tamen pro reſponſione, quòd demonſtrationes, & definitiones non ſunt de illis, vt actu exiſtunt, cum tale eſſe ſit illis aduentitium, ideſt mediantibus ſingularibus, & ideo de tali eſſe demõ-
a poſt. T. ſtratio eſſe non poteſt. Pro dilucidatione
8 ʒ. & 9 prima ſit concluſio; definitiones primò, & per ſe non ſunt ſingularium; quoniam ſingu-
3. met. T. laria ſunt infinita, corruptibilia, & ut ſin-
12. ſingularia, quędam habent accidentia cõmunia, quorum cognitio ad ſenſum potius quàm ad intellectum pertinet. Adde, quòd
T. 5. Ariſt. primo poſt. inquit quód definitio nõ dicit rem eſſe, ſed ſolùmodo quid ſit; non. n. ſunt idem quid homo ſit, & hominem eſſe: ubi Themiſt. dicit, definitio eſt oratio, in qua nec eſſe, nec non eſſe rem dicimus; ſed tantum quid ſit eſſe rei: poteſt utiq; ſequi, ut res ſit, cuius diffinitionem aſſerimus, ſed hoc eſt per accidens, & in illis tantummodò rebus, quę habent uerum eſſe; ut excludantur uacuum, infinitum, &c. Adde etiam, nam Porph. in communitatibus docẽs in quibus diſcrepat genus à differentia, inquit; ſi omnes differentię interimantur, per hoc genus non interimitur: ergo multó fortius ablatis omnibus ſingularibus ipſum vniuerſalę intelligere potero; cum uniuerſale, nempe ſpecies minus dependeat à ſuis ſingularibus, quam

quàm genus à differentijs ipſum diuidentibus; cum tales differentię, ſaltem potentia reperiantur in genere. Secunda concluſio; demonſtratio non eſt de ſingularibus. Hæc facilè patet; quicquid enim de diffinitione dicitur, demonſtrationi poteſt adaptari; diffinitio nanq; dat eſſe demonſtrationi, cum ſit eius forma .i. medium. Vlterius tamen per Ariſt. probatur, qui primo poſt. docens quot modis cõtingat errare in demõſtrãdo, dicit; ut Auer. & Themiſt. exponunt, quòd primus error eſt, cum ego demoſtro, & me non demonſtrare arbitror; ut ſi demonſtrem Lunã eclipſari, & credo me non demonſtrare, arbitrans de hac Luna tantum me demõſtrationem conficere: error eſt, inquit, quoniam demoſtro, & demonſtrationem conficio de Luna in ſpecie, & non in particulari. Septimo verò met. ſcriptũ reliquit, quòd ſingulariũ æternorũ non eſt definitio: & ſupra quòd ſingulariũ ſenſibiliũ nec definitio, nec demõſtratio eſt: & reddit rationem; quoniam ſunt corruptibilia. Confirmatur deniq; per Heraclitum, & Cratillum, qui negabant ſcientiam, ut refert Ariſt. quarto met. & reddentes rationem dicebant, quia ſcientia eſt de æternis, cuiuſmodi non ſunt hæc ſingularia; ergo, ſecundum ipſos, demonſtratio abſtrahit ab actuali exiſtentia rei. Tertia concluſio; demonſtrationes, & definitiones primò

in cap de differ. in prima diffini.

T. 18.

T. 15.

T. 53.

T. 22.

& per ſe ſunt vniuerſalium, quæ nullam habent exiſtentiam ex parte rei, niſi ſuis in ſingularibus. Prima pars per Ariſt. probatur primo poſt. ubi dicit, quód demonſtratio eſt vniuerſalium: & ſeptimo met. ubi loquitur hoc modo; ſed hoc pretermittentes illa dicemus, quia non eſt idem permutare secūdū quantitatē, & ſecundū qualitatē: ſecundū quantitatē quidē fit igitur idem nō manens; ſed ſecundū ſpeciē cognoſcimus omnia. i. res ſecundum quantitatē. i. ſecūdum exiſtentiam, quam habent, ideſt vt particulares sūt non cognoſcuntur, quoniam; ut ſic ſunt corruptibiles: ſed ſcientia eſt de rebus ſecūdū ſpeciem, ideſt ſecundum formam, ideſt ſecūdū, quòd ſunt vniuerſales, & in eis ſaluantur formæ vniuerſales. Eſt etiam textus expreſus primo poſt. vbi legitur, demonſtratio eſt vniuerſaliū, inductio verò particulariū. De diffinitione autem ita poſſumus ratiocinari; ſi definitio rei eſſet particularis, ſequeretur rem particularem ſignificare naturam communem omnibus ſingularibus, quod eſt impoſibile, quoniam ſingulare non poteſt tranſire in naturā vniuerſalis, cùm eius proprium ſit, vt in pluribus non reperiatur, vniuerſalis autem vt ſit in pluribus. Cōſequentia fit nota per Ariſt. ſemptimo met. dicentem, vniuerſalis eſt definitio, vnde ſi particularis eſſet definitio, res particularis eſſet

T. 11. & 41. T. 22. c. T. 36 T. ... e periher. cap. 5. T. 37.

eſſet vniuerſalis. Hæc ratio poſtremã imponit manum, cui primò, & per ſe competit eſſe eſſentiæ, eidem eodem modo competit definitio, per ea, quæ ſupra: ſed eſſe eſſentiæ per ſe primò cõpetit vniuerſali, ideſt ſpeciei, vt vtar exẽplo, & per ſe ſecundo indiuiduis, vt quilibet concedere tenetur: ergo definitio primò, & per ſe competit vniuerſali: & idem dicas de demonſtratione. Licet enim dentur demonſtrationes particulares, ideſt in quibus probatur paſſio de ſubiecto, & fit concluſio particularis; nihilominus illud ſubiectum non eſt adæquatum, & propterea talis paſſio non competit ei per ſe primò, ideſt ſecundum quod ipſum, ſed per ſe ſecundò. Altera pars concluſionis paucis fit clara; compertiſſimum eſt enim apud Ariſt. quòd uniuerſalia ſeparata ſuis à ſingularibus non exiſtunt; non enim ſecundum ipsũ, ſicut ſecundum Platonem, datur homo uniuerſalis actu exiſtens extra Petrũ, & Martinũ. Compertiſſimum eſt etiam per Boetium in libello de vnitate, & vno in principio, quòd quicquid eſt, ideo eſt, quia vnum numero eſt, ideſt quicquid habet eſſe exiſtentiæ extra animam, eſt ſingulare, & non uniuerſale. Nõ eſt alienus ab Ariſt. tertio met. vniuerſale non ſignificat hoc aliquid .i. rem ſingularẽ per ſe exiſtentem; ſed quale aliquid, ideſt naturam pluribus communicatam, ſeu quę in

1. poſt T. 19. & 1. T. 1.

1 poſt. T. 11.

T. 10.

pluribus

pluribus reperitur: quæ explicatio eſt ipſius met; vnde dicit in predicamento ſubſtantię, quòd ſecundę ſubſtantię, ideſt vniuerſales, ſignificant qualequid, & primo periher. quòd vniuerſale eſt quod in pluribus reperitur: ac ſi diceret, quòd vniuerſalę pro prima intentione, puta animal, quantum ad eſſe exiſtentię, extra ſingularia non inuenitur.

cap. 5.

1. degenerat. T: ult.

Quomodo ſit intelligendum, Mixtio eſt miſcibilium alteratorum vnio.

cap. 23.

NON ſumitur hic mixtio ꝑ vnius miſcibilis iuxta partes alterius poſitione; ſiue poſſint ſenſu diſcerni partes illę, vt cum triticum miſcetur hordeo: ſiue non; vt cum aqua vino infunditur. Sumitur vtiq; pro miſcibilium vnione ſubforma mixti ſubſtantiali, proprijs formis miſcibilium corruptis: & dicitur vnio; quoniam, vt aliqua miſceatur, in vna forma mixti debent vniri. Senſus igitur propoſitionis eſt quòd, cum mixtio ſit miſcibilium vnio ſub mixti forma, ad mixti generationem miſcibilia corrumpuntur; ſed talem vnionē oportet vt mutua miſcibilium alteratio precedat. Quare duo mixtio includit, introductionem ſcilicet formę mixti cū miſcibilium materijs, & mutuam illorum alterationem, ex qua reſultat primarum qualitatum

litatum adęquatio formæ mixti proportionata. Hinc dicentium fit notus error elementa ſub proprijs formis remanere in mixto; utque magis eluceſcat, pręcipua ipſorum motiua breuiter cum ſolutionibus afferam. Mouentur primò auctoritate Ariſt. dicentis; elementum dicitur ex quo aliquod componitur; ita ut in ſit, in quod ultimo reſoluitur; quare, ſi in mixti generatione corrumperentur elementorum formę ſubſtantiales nec elemēta eſſent in mixto, nec mixtum in ipſa reſolui poſſet, contra philoſophū. Reſpondetur ibi non definiri ab Ariſt. corpus ſimplex, uocatum elementum, ideſt quod ſolemus elementum appellare reſpectu mixti; ita enim acceptum definitur tertio cœli, dum dicitur; elementum eſt illud, in quod alia corpora diuiduntur; ſed utiq; definitur materia prima, quę ſimpliciter dicitur elementum, & dupliciter poteſt conſiderari; uel uia compoſitionis, uti definitur citato loco; uel uia reſolutionis, quomodò dilucidatur ſeptimo met. prope finē, ubi legitur, materia eſt elementum, in quod diuiditur inexiſtens. Loquendo de elementis; ut in propoſito ſumitur elementum, dicit Ariſt. tertio cœli, quod erat dubium, an actu, uel potentia in mixto manerent elementa; melius tamen deinde conſiderans, inquit loco ſuperius citato, miſcibilia ſunt in mixto, non actu

5. met. & 2. de cęl. cap. 3.

T. 31.

T. 84.

ſed uirtute, atque potentia. Intelligas tamē elementa ideo uirtualiter in mixto remanere, quoniam manent ibi ſecundum ſuas proprias qualitates formaliter, eaſdem ſpecie, non numero; non ſecundum eſſe intenſum, ſed remiſſum. Vide Ariſt. ſecundo de part. ani. dicentē expreſsè, ideo mixta ex elemētis componi, quoniā ex qualitatibus elemētorum componuntur. Mouentur ſecundò, quoniam Ariſt. loco ab initio relato, inquit; cū fit mixtum elementa nō corrumpuntur. Reſpondetur, quòd non pereunt omnino, & hoc ipſe vult, & pro ipſo ſufficit, quòd remaneat quantum ad qualitates, modo iam dicto. Tertiò mouentur, quoniam mixtum à prædominante mouetur, ergo elementi forma remanet in ipſo, à qua motus fluit; cū actio fluat ab agente, prout per ſuam formam eſt in actu. Reſpondetur quòd ad hoc, ut mixtū à prędominante moueatur; ſufficit ut prędominātis uirtus in eo remaneat; ſicut, ad hoc, ut lapis dicatur à generante moueri, ſatis eſt, ut generantis uirtus ſit in lapide; à generante inquam intrinſecè, licet extrinſecè à prohibens remouente. Excitantur quartò, Ariſt. dicto, quòd omnia ſcilicet nutriuntur ex ijs, ex quibus componuntur; & iam perſpicuum eſt quatuor elemētis mixta nutriri. Reſpondetur elemētis utiq; mixta nutriri; uirtualiter tamen, ideſt alimento, in quo uirtualiter inſunt

cap. 10. *2. syl. c. 8.* *8. phys. T. 9.* *2. de gen. cap. 8.*

inſunt elementa. Quintó quadam agitantur experientia, uidemus .n. dicunt, lignum nõ aridum, in humorem, uapores, exhalationes atq; cineres diſſolui. Reſpondetur primó quód, cum lignum comburitur, nec eius humor aqua, uel uapor aer, ſicut nec exhalatio ignis, aut cineres terra dici poteſt; ſed omnia mixta quędam ſunt imperfecta, elemẽtis maximé propinqua. Secundó, quód aliquod in alia reſolui duobus contingit modis; uel abſq; noua eius generatione, ad quod fit reſolutio; ut quãdo domus in lapides diſſoluitur: uel noua cum generatione, ut quãdo ex ſemine fit planta: & quamuis omnia, quę ſecundo modo reſoluuntur, corrumpãtur conſequente aliorum generatione; non omnia tamen in illa dicuntur reſolui, quę inde generantur; ſed ſolummodo in illa, quę ſunt in ipſis in potentia propinqua, & non remota, cuiuſmodi non ſunt elementa reſpectu mixti. Hinc etiam fit clara propoſitio illa; vnumquodq; ex his componitur, in quę reſoluitur. Dicunt ultimó, quód ſi elementa manerent in mixto ſecundum qualitates tãtum, quando ex aere fit aqua, aer maneret in illa, cum ibi humiditas, propria aeris paſsio, reperiatur, quod nemo tamen diceret. Reſpondetur, quód quando ex aere fit aqua, quamuis ibi humiditas remaneat, non tamen remanet caliditas; cum aqua ſit 2. de anĩ. T. 2 8.

frigida in ſummo; ad hoc autem, ut in geníto uirtualiter corruptum dicatur remanere, ſecundum omnes qualitates remanere debet.

Dilucidatio tex. 30. primi poſt. qui habet, Differt autem quia, & propter quid ſcire. &c. cap. 24.

HIC per ordinem hęc faciã. Quot modis, & quomodo in propoſito ſcire ſumatur apperiã in primis. Quot modis ſecundò accipiatur demonſtratio, quomodoq; demonſtratio quia à demonſtratione propter quid ſe iungatur. Vltimò de triplici ſpecie demonſtrationis, ad veram Ariſt. mentem, verba faciam. Ad primum; vno modo ſumitur ſcire ſatis largè, ideſt pro cognitione alicuius concluſionis verę, contingentis, vel neceſſarię; quo pacto ſciuntur à nobis futura contingentia. Secundo modo ſumitur preſſè, ideſt pro cognitione alicuius propoſitionis verę, & neceſſarię; ſiue talis cognitio habeatur per demonſtrationem, ſiue nõ; quomodo principia etiam ſciuntur, vt patet expreſſè apud Ariſt. dicentem, quòd debemus magis ſcire, ideſt cognoſcere principia, qàum concluſionem. Tertio modo ſtrictius, ideſt ꝓ cognitione alicuius concluſio-

1. poſt. T. 1.

nis verę, & neceſſarię per demonſtrationem cauſata; ſiue ſit demonſtratio quia, ſiue propter quid; quo pacto ab Ariſt. ita definitur; ſcire eſt per demonſtrationem intelligere. Vltimo modo ſtrictiſsimè, vti definitur primo poſt. loco citato, dum dicitur, ſcire eſt rem per cauſam cognoſcere, &c. Scire autem ita definitum ad duo referri poteſt; nẽpe ad ſcibile incomplexum, & complexum, quod verius ſcibile nuncupatur. Primo modo data definitio ita explicari debet. Scire; ſupple ſimpliciter, & in actu; eſt rem per cauſam cognoſcere, ideſt in alicuius rei cognitionem venire per cauſam, & non per effectus. Propter quam res eſt, i. quę nedum in cognoſcendo; verum etiam in eſſendo cauſa exiſtat. Et quoniam illius eſt cauſa, ideſt, & ſub ratione qua cauſa cognoſci debet; cognoſcit .n. ruſticus cauſam, ideſt calorem Solis, & effectum, nempe vermem; nulla tamẽ potitur ſcientia, cum hãc huius effectus cauſam eſſe ignoret. Et non contingit aliter ſe habere, ideſt non ſat eſt cognoſcere quamcũque cauſam; ſed opus eſt cognoſcere cauſam veram, & non exiſtimatam; neceſſariam, non contingentem: propinquam, & non remotam: præciſam, & adęquatam; ita vt poſita ipſa de neceſsitate ponatur effectus. Secundo modo ita debet exponi; ſcire eſt cognitio alicuius cõcluſionis demonſtratę, cuius

6. & li. cap. 3

tione, eadem namque definitio ſubiecti, vel paſsionis, quę dicitur quid, dicitur etiam propter quid: quid reſpectu definiti, propter quid autē reſpectu illationis, vel inhærētię paſsionis proprio, & immediato ſubiecto. In propoſito loco accipitur ſcire tertio, & quarto modo ſumptum, hoc cum diſcrimine, ut tertio modo ſumptum etiam demonſtratione propter quid habeatur; at quarto modo acceptum demonſtratione quia nullo pacto haberi ualeat. Ad ſecundum; demōſtratio eſt ſyllogiſmi prēſtātior ſpecies, à demonſtrando nuncupata, quaſi rem omni dubitatione remota lucidè oſtendens. Duobus modis ſpectari ualet; quantum ad formam ſcilicet, & quantum ad materiam. Primo modo dupliciter ſumitur, ſicut & ſyllogiſmus in communi; aliquando .n. ſumitur pro pręmiſsis tantum; & tunc dicitur ſyllogiſmus ſcientialis, ideſt faciens ſcire; quōniam pręmiſſarum notitia cauſa eſt concluſionis notitię. Aliquādo uerò accipitur pro pręmiſsis, & concluſione ſimul, & tunc dicitur ſyllogiſmus ſcientialis cum hac additione, quem habendo ſcimus; quoniam ſcire noſtrum eſt habitus concluſionis per pręmiſſas demonſtratę. Secundo modo ſumitur triplicitet; uidelicet pro omni ſyllogiſmo procedente ex neceſſarijs; eſto quòd illa non ſint priora, & notiora ipſa concluſione; 1. poſt. T. 5.

ne; qua demonſtratione, ſecundum aliquos, etiam prima principia demonſtrari ualent. Vbi tamen ipſe aduerterem, quòd principia ſunt in duplici diſcrimine; quędam enim ſunt incomplexa, quę quo pacto demonſtrētur, uide Ariſt. cū Doctoribus primo phyſ.

T. 2. Quędam uerò ſunt complexa ſub enunciatione contenta, & hęc ſunt in triplici differentia; quędam enim ſunt communiſsima, & dignitates dicuntur, & propterea dicit Ariſt. eodem loco, quòd queinlibet docendū oportet eas habere; ut de quolibet uera eſt affirmatio, uel negatio, ideſt duę propoſitiones contradictoriæ non poſſunt uerificari de eodem; cùm altera ſit de neceſsitate uera, altera uerò falſa. Huiuſmodi principia nullo pacto demonſtratione cognoſcuntur; ſed ſtatim cognitis terminis nota fiunt. Sūt alii principia communia, non omnibus, ſed tum quibuſdam ſolummodo ſcientijs; vt ſi ab æqualibus æqualia demas, remanentia ſunt æqualia, quod eſt commune Arithmeticæ; atq; Geometriæ: & huiuſmodi principia ſecundum Ariſt. inductione probantur. Sunt, denique, nonnulla principia peculiaria vnius ſcientię; ut motum eſſe in philoſophia naturali; quod ſuppoſitio à philoſopho nuncupatur. Huiuſmodi principia in eadem ſcientia probari non poſſunt; niſi à poſteriori; uel per habitum ſuperioris, uel com

1. poſt T. 5.

1. piher. cap. 6.

1. poſt T. 6.

6. & hic cap. 10.

munis

munis ſcientiæ; ut diffusè patet apud Ariſt. primo phyſ. alijsq; multis in locis contra ueteres diſputantem. Sumitur nonnunquam demonſtratio pro ſyllogiſmo procedente ex ueris, & neceſſarijs, prioribus, & notioribus concluſione; ſiue importent cauſam rei per concluſionem ſignificatę, ſiue non; quomodo tam demonſtratio quia, quàm demonſtratio propter quid demonſtrationes ſunt. Hoc modo ſumitur demonſtratio in prima ipſius definitione, quę formalis, cum ꝑ finalē cauſā tradatur, q̄ cū forma generationis coincidit, à Doctoribus dici ſolet; dū modo ſumatur ſcire tertio modo ſuperius acceptū. Vltimò ſumitur demonſtratio ꝑ ſyllogiſmo, qui conſtat ex pręmiſsis veris, &c. quæ ſemper important cauſam rei per concluſionem ſignificatę, quo pacto ſoli demonſtratio propter quid tali nomine digna uidetur: & ita definitur demonſtratio in ſecunda ipſius definitione, quæ materialis, cum præmiſſarum conditiones reſpiciat, appellatur. Si uis ſecundam definitionem ex prima verè, neceſſarioq; concludere, ſumas vtrobiq; ſcire quarto modo acceptū; quare optimè dicitur. Omnis ſyllogiſmus faciens ſcire conſtat ex primis, veris, &c. Demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire; ergo cō ſtat ex veris primis, immediatis, &c. Conueniunt demonſtratio quia, & propter quid;

1 poſt T. 5.

2. phyſ. T. 70.

quoniam

quoniam vtraq; ad impoſſibile ducens, & oſtenſiua reperitur. Ad impoſsibile ducens eſt, quæ procedit ex oppoſito propoſitionis negatæ à reſpondente, cum vna manifeſtè vera ad inferendam vnam manifeſtè falſam. Oſtenſiua verò, quę procedit ex ambabus veris. Conueniūt vlterius in analogo; cum vtraque demonſtratio dicatur; licet ꝑpter quid, ſub principali, ac potiori ſignificatione. Vltimò; quoniam ambę vniuerſales, & particulares: affirmatiuę, & negatiuę reperiuntur; quamuis poſteriores in quolibet ordine ſecundum quid, vel non ſecūdum quòd ipſum demonſtrationes dicantur. Differunt poſtea multis modis. Primò quantum ad cognominationes, vnde demonſtratio quia; ita nū cupata, quoniam per ſe, & directè abſoluit quæſitum quia eſt, ſolet appellari demonſtratio ſigni; quoniam per effectus, tanquam per ſigna, ducit nos in cauſarum cognitionem. Dicitur demonſtratio euidentię; quoniam procedit à notioribus nobis ſecūdum noſtrum cognoſcendi modum ꝓ ſtatu iſto. Dicitur, poſtremò, demonſtratio dans eſſe ſolummodò; quoniam per eſſe effectus cauſam eſſe tantummodò oſtendit. At demonſtratio propter quid ita dicitur; quoniam abſoluit quęſitum propter quid tantum. Solet eadem dici demonſtratio cauſę tantum; quoniam cauſam, propter quā

1. poſt T 39.

ſtes eſt, ſolummodó oſtendit. Differunt, ſecundó, quantum ad modum procedendi; quoniam demonſtratio quia, uel procedit per immediatos effectus, uel per cauſam remotam; demonſtratio uerò propter quid ſēper, & ſolummodó per cauſam propinquā. Et propterea differunt tertiò quantum ad effectum; quoniam demonſtratione propter quid acquiritur ſcire ſimpliciter; demonſtratione uerò quia, ſcire ſecundum quid. Vltimò quātum ad uſum; ſolemus enim ut plurimum uti demonſtratione quia in ſcientijs ſubalternatis; ac demonſtratione propter quid in ſcientijs ſubalternantibus; vt ex propoſito textu facilè valet haberi. Ad vltimū; hæc ponitur concluſio; tres ſunt demonſtrationis ſpecies. Suppoſito quòd detur demōſtratio quia, probant nonnulli cōcluſionem hoc modo. Duplex eſt demonſtratio propter quid; altera enim eſt in qua medium nō importat cauſam rei ſignificatæ per concluſionem; ſed vtique præmiſſæ notiori modo illud explicant, quod concluſio ſignificat, quàm ipſa concluſio, vt in hac mathematica demōſtratione apparet. Omnis figura plana tribus rectis lineis cōtēta habet tres: &c. Omnis triangulus eſt eiuſmodi; igitur, &c. Altera verò eſt, in qua præmiſſæ important cauſam rei ſignificatæ ſicut dictum eſt; vt Omne animal rationale eſt riſibile, omnis

 homo

homo eſt animal rationale, ergo omnis homo eſt riſibilis. Sed melius, ni fallor, pdicta concluſio ita pbari valet. Ariſt. primo poſt.
T.5. ſeparat demoſtrationem à ſyllogiſmo ſimpliciter per conditiones præmiſſarum; dum inquit ſyllogiſmus erit & ſine his; demonſtratio autem non erit; ergo à pari, vna ſpecies demonſtrationis per cõditiones premiſſarum erit ab altera diſtincta. Eſt clarum poſtea; quod demonſtratio quia procedit à notioribus nobis: demõſtratio propter quid tantum a notioribus natura: demonſtratio vero potiſsima ex notioribus nobis, & natura ſimul; vt in mathematicis: & quãdo dicit
1. phyſ. T. 2. Ariſt. non eadẽ ſunt nota nobis, & ſimpliciter, intelligit in naturalibus, & vt plurimum;
T.5. quoniam in naturalibus etiam dantur potiſ
T. 25. ſimæ demõtiones; vt tertio de anima, ſecũdo de ſen. & ſen. & multis alijs in locis; dummodo expertus diligenter aduertat. Vel intelligit in primo proceſſu tantum; non autẽ in primo, & ſecundo ſimul. Vel eorum reſpectu loqtur; qui craſſo ſunt ingenio; vnde ipſe
T. 19. met inquit primo Cœli ad mẽtẽ Heſiodi, q ſunt homines, qui omnia habent clara, & poſſunt inuenire: alij ſunt, inuenta qui poſſunt addiſcere: ac alij deniq; nullo modo qui ualent addiſcere; & ſi diceret, demonſtrationes in ſcientia ingenijs non exercitatis ſunt à notis nobis; exercitatis uero à nobis

notis,

notis, & natura. Per ipſummet confirmatur hęc explicatio; habet enim ſexto top. quòd ſi definitur aliquod, & definitio erit vni nota, alteri uerò ignota; multę dandę eſſent definitiones, ut omnibus innoteſcerent: Sed inquit, des definitionem ſecundum naturā, quód ſi non erit ſingulis nota, ei ſaltē erit nota, qui ſublime habet ingenium, & idem dicas de demonſtratione potiſsima; quare non eſt impoſsibilis, nec omnino inutilis, vt Themiſtius fuit arbitratus. Iterum probatur concluſio; inſtrumenta ſpecificantur à fine; qualis enim eſt finis, tale debet eſſe inſtrumentum ad illum conſequendum, in hoc immo precisè inſtrumenti ratio continetur, Sed ſic eſt, quod finis demonſtrationis quia, eſt, vt abſoluat quęſitum quia eſt: demonſtrationis propter quid, vt abſoluat quæſitum propter quid; demonſtrationis verò potiſsimę, vt abſoluat vtrumque ſimul, ergo ſpecificè diſtinguuntur. Tenet conſequentia, minor veró, cum probata ſit maior, apud Themiſt. eſt pluſquam clara ſecundo poſt. dicentem, hoc enim demonſtrationis illius potiſsimę ingeniū eſt, vt cōmuni examine vtrãq; abſoluat cognitionē: & vt ſit, & quãobrē ſit, id eſt demōſtratio potiſsima debet abſoluere rem eſſe, & etiā propter quid ſit. Quod ita probat quoniā mediū in tali demonſtratione non ſolum debet eſſe cauſa concluſio-

cap. 4.

1. de ani. T. 38. & de gene. ani lib. 1 cap. 1.

cap. 2.

nis idest ſcientię, vel illationis concluſionis; ſed etiam cauſa rei, idest vera cauſa etiã in eſſendo; & propterea dicitur etiam demonſtratio abſoluta, demonſtratio ſimpliciter, & demonſtratio dans cauſam, & eſſe Deducitur etiam ex Ariſt. ſecundo poſt. dicente, quòd habito medio, per quod fit clarum re eſſe, & propter quid, ceſſat omnis quæſtio, ſupple compoſita. Eiuſmodi autem mediũ haberi non poteſt in demonſtratione quia tantum, nec in demonſtratione propter qd tantum; danda eſt igitur alia demonſtratio, nempe potiſsima, ubi tale habeatur mediũ, & quę propterea utrunq; abſoluat quęſitum.

T. 1.

Non deſunt tamen difficultates, & graues quidem, contra determinatã. Quidam .n. negãt demonſtrationẽ quia, his rationibus. Demonſtratio debet procedere per cauſam propinquam; eiuſmodi non eſt demonſtratio quia, immeritò igitur demonſtratio nũcupatur. Reſpondetur concedendo ſyllogiſmum procedentem à cauſa remota indignũ eſſe demonſtrationis nomine, quamuis hoc ſuperius, ex aliorum ſententia, negare ſim ui ſus. Si autem Ariſt. teſtimonium afferrent in propoſito textu, ubi talem ſyllogiſmum uidetur demonſtrationem appellare, contra ſeipſos dimicarent; quamuis mihi uideatur ibi philoſophus habere ſolummodò uelle, quòd talis ſyllogiſmus nõ ſit demonſtratio

1. poſt. T. 5. & T. 30.

propter

propter quid. Ponit utiq; expreſſè, quòd quęlibet demonſtratio procedere debet ex immediatis principijs, quę ſufficit quòd ſint immediata ſaltem in cognoſcendo, uti ſunt effectus, per quos procedit uera demonſtratio quia. Inſtarent fortè duobus medijs, primò, quoniam ſcire eſt effectus demonſtrationis, & ſcire eſt rem per cauſam cognoſcere, ergo demonſtratio ab effectibus procedens non eſt demonſtratio dicenda. Secundò, premiſſę cuiuſcunq; demonſtrationis debent eſſe vniuerſales; effectus autē ſunt particulares, ergo nulla demonſtratio procedit ab effectibus. Dicitur ad primum, quód ſcire ſimpliciter, & proprijſsimè ſumptum eſt per cauſam, & eſt effectus demonſtrationis ſimpliciter; nō ſequitur ꝓpterea, quòd non detur aliud ſcire minus propriè, quod ſit effectus demonſtrationis quia. Nec arbitrandum eſt, quod Ariſt. definiens ipſum ſcire intellexerit, quód omne aliud ſcire, pręter illud, quod per cauſam habetur, ſit ſophiſticum; quoniam ſolummodò habere uoluit, quòd ſcire, quod ibi ipſe vult docere, eſt ſolummodò ſcire ſimpliciter, & non eſt ſcire ſophiſticum, quod eſt ſecundum accidens .i. quod habetur per fallaciam accidentis, uel alio mediante diſcurſu, cuius medium eſt aliquod accidentale. Dicitur ad ſecundum, quòd licet effectus de ſe ſint particula

• poſt. T. 8. • poſt. T. 33.

ſes, quomodo non ueniunt in demonſtratio nem; intellectus tamen noſter ex particula ribus effectibus colligit ipſum vniuerſale, quod ingreditur demonſtrationem. Conſo nat hęc ſolutio ipſi Ariſt. in proemio meť. dicenti; Hominibus autem ſcientia, & ars per experientiam euenit. D. dicit, fit autem ars, cũ ex multis experimentalibus concep tionibus vna fit vniuerſalis; uelut de ſimili bus acceptio. Arguunt iterum hoc modo, à
6. top. c. 3.4.& 5. cui non competit definitio; neq; definitum competere poteſt. Sed definitio demonſtra tionis non competit demonſtrationi quia; nõ eſt igitur hęc demõſtratio dicenda. Reſ pondent nonnulli per minoris negationem, hãc negationis rationem reddentes, quoni am prima demonſtrationis definitio omni bus ſpeciebus adaptatur analogicè; dum modò ſumatur ſcire tertio modo ſuperius acceptũ, ſimiliter analogicè; ipſe uerò nega rẽ conſequentiã; licet enim ibi Ariſt. demõ ſtrationem ſimpliciter ſolũmodo definiat, non propterea deſpexit demonſtrationem quia, eius ponens conditiones, vt iam pa tet. Duas alias Auic. rationes in oppoſitũ cum ſolutionibus vide apud Auerrn com. ſuper propoſito textu. Negant alij demon ſtrationem propter quid tantum, has afferẽ tes rationes. Si daretur demonſtratio prop ter quid tantum, ſequeretur quòd Ariſt. eſ-

ſet diminutus; cum nullibi de tali demon-ſtratione apud ipſum habeatur mentio. Reſpondetur quòd Ariſt. meminit de tali demonſtratione in textu propoſito inquiens; Euenit autem & per alterum monſtrari alterum, & erit ipſius propter quid demonſtratio. Nequeunt ibi per demonſtrationem propter quid potiſsimam intelligere, cũ ipſa utrunq; ſimul abſoluat quęſitum, & demõſtratio, de qua ibi fit ſermo non poſsit elargiri quęſitum quia eſt; cum iam per demonſtrationem quia fuerit explicatum. In eodẽ textu fecit Ariſt. mentionem de eadem demonſtratione illis in uerbis. E conuerſo autem poſito medio ipſius ꝑpter quid, &c. expone, vt ſupra. Similiter ſecundo poſt. apertè dicens. Quoniam habentes quia propter quid quęrimus: Vnde opus eſt vnam ſtatuere demonſtrationẽ, quę, habito q̃a eſt, largiatur ipſum ꝑꝑ quid ẽ pręciſè, & cũ nõ poſſit eſſe demonſtratio ſimpliciter, nec demõſtratio q̃a, remanet, quòd ſit demonſtratio ꝑꝑ q̃d tãtũ. Arguunt inſuper; ſi eiuſmodi daretur demonſtratio, ſequeretur, quòd nos in demonſtrando à minus noto ad magis notum, contra demonſtrationis ingenium, procederemus. Conſequẽtia probatur; quando enim demõſtrationem conficimus quia, procedimus ab eſſe effectus ad eſſe cauſę, & ſic à magis noto ad minus notum; cum effectus

T. 1 & 8.

1. *phys.* T. 2. & 1. *poſt.* T. 8.

 fectus

fectus eſſe notius ſit eſſe cauſę. Quando uerò demonſtrationem propter quid tantum conſtruimus, reuertimur ab eſſe cauſę procedēdo, quod eſt minus notum, ad effectus eſſe, quod eſt magis notum; uti jam dictum eſt. Huiuſmodi ratio ſiquidē, ut cum grauioribus fallor, ex malo intellectu originē ducit; quando enim conficimus demōſtrationem propter quid tantum, non procedimus ab eſſe cauſę ad eſſe effectus, ut ipſi autumant; ſed ab eſſe cauſę, quod eſt magis notum, ad propter quid effectus tantummodò, quod eſt minus notum; vnde concedenda eſt coactè demonſtratio propter quid tantum. Dicitur inſuper, admiſſo, quòd à priori non fiat demonſtratio, niſi per cauſam proximam, quę in ſe non niſi vna eſt; ut medium tamen demonſtrationis, ſe dupliciter habere poteſt; à priori ſemper procedendo, id eſt aut vtrunque quęſitum abſoluit, iam non facta demonſtratione quia; aut eadem iam habita, conſidera, &c. De potiſsima demonſtratione tota ibi difficultas eſt collocata; quoniam deſtructo medio demonſtrationis, ipſa quoque deſtruitur; cum medium ſit eius forma finaliter totaliterque ſumptę, ſed medium demonſtrationis potiſsimę debet eſſe potiſsima, pręſtantiſsimaq; definitio, quę cum non detur, cum debeat ex ultima rei conſtare, diffe-

differentia nobis profectò ignota, ſequitur quòd nec potiſsima reperiatur demonſtratio. Argumentum hoc non probat demonſtrationem potiſsimam dari nõ poſſe, uerum concludit ſolummodò quòd non detur ob intellectus noſtri defectum ultimas rerum differentias hic ignorantis, quod neque ullum ſanè impedimentum affert; ſatis nãque eſt, ut illas circumſcribamus; queadmodũ docet Ariſt. primo libro de anima. T. 1.

Dilucidatio textus 24. ſecundi libri de ani. ubi animę ſecunda definitio ſub his habetur uerbis, Anima eſt principium; quo primò uiuimus, ſētimus, loco mouemur, & intelligimus.

cap. 25.

POST auctoris intentionem in dicto textu, propoſitam animę definitionem explicabo. Ad primũ, omiſsis aliorum opinionibus, credo hanc eſſe ibi Ariſt. intentionem; vt aliam ponat animę definitionem; quę precedẽtis cauſam reddat definitionis, vbi dicitur, anima eſt actus corporis phiſici, T. 9. &c. Ab ipſomet ſuperius ita dicente colligitur, T. 12. quoniam autem ex incertis quidem, certius autẽ fit quod, & ſecundum rationem notius: tentandum eſt iterum ſic agredi de ipſa reddit rationem, quoniã multę ſunt defi-

finitiones demonſtrabiles. Vnde patet, primá animæ definitioné demonſtrari ſecúdá à priori, & nō à poſteriori, cū cauſā hęc reddat, quare anima ſit actus corporis, &c. Cōſonat Ariſt. codē loco: & cōfirmatur, quoniā prima animæ definitio dicitur materialis, cum detur per ſubiectum, & materiam definiti, cū dicitur corporis phyſici: & dicit quia, cum ſit demonſtrationis concluſio. Secunda verò definitio formalis dicitur, quoniam datur p cauſam final em, cum dicitur primum principium vegetandi, ſentiendi, &c. & dicit propter quid, cum ſit demonſtrationis principium. Et iam patet per Ariſt. quòd definitio materialis demonſtratur per formalem à priori. Demonſtratio autem ita erigi valet; Omne primum principium vegetandi, ſentiendi, intelligendi, & ſecundum locum mouendi eſt actus primus corporis phyſici, organici, potentia uitam habentis; ſed anima eſt primum principium uegetandi, ſentiendi, &c. ergo eſt actus primus corporis phyſici, &c. Nota, ex Ariſt. intentione ſecundo de anima citatis locis, quòd materialis animę definitio communiſſima eſt; quoniam per ipſam non cognoſcitur diſtinctè aliquis animatorum gradus, ſicut fit per formalem, quę propria ideo dicitur, ac ſpecialis, & non quòd cum materiali non conuertatur. Ad ſecundum, quáuis

2. poſt. T. 31.

ly, intelligimus, antiquam iuxta tranſlatio nem, ponatur ante ly, mouemur; recta tamen ſerie poſtponi debet; cum ſit commu nius moueri, quàm intelligere, multa enim mouentur, quæ non intelligunt. Ponitur in definitione ly, quo, importans principium, & rationem eſſendi, uel operandi; quamuis enim ſumatur aliquando pro eo, quod uel ut cauſa concurrit, ſiue formalis, materialiſue ſit; proprius tamen accipitur pro principio, & eſſendi, uel operandi ratione. Vnde cor pus id propriè non eſt, quo ſanamur; ſed ip ſa ſanitas; quare ſenſus erit in propoſito; anima eſt id, quo uiuimus, ideſt quod eſt ra tio, & principium uiuendi. Quod non con uenit materię, ſed animę, præſertim ſi uiuere pro exercere opera uitę accipiatur; anima enim eſt id, quo; tanquam principio effecti uo quodammodò; & originatiuo uiuimus. Aduertendum eſt tamen ly, quo, non exclu dere ly, quod, tanquam ſubiectum; ſed anti que tanquam ſuppoſitum. Quamuis enim intellectiua anima id ſit, quod intelligit, tan quam ſubiectū intellectionis; homo tamen eſt id, quod intelligit, tanquam ſuppoſitum, licet ratione animę; ideſt anima eſt id, quo homo intelligit. Ponitur etiam ly, primò, ideſt ſecundum quòd ipſum. Anima igitur eſt id, cui, ut ſic, conuenit, non quidem ui uere; ſed rationem eſſe, atque principium

uiuendi. Vbi animaduertendum eſt uitam duobus accipi modis, altero quidem modo pro eſſe uitę ſubſtantiale; altero uerò modo pro uitali operatione, quę diſtinctio ad ſenſitiuum etiam, & intellectiuum applicatur: in data diffinitione utroque modo, ſecundum aliquos, accipi ualet; quamuis communiter pro operationibus tantum; unde ly, uiuimus idem ſonat, quod uegetamus. Difficultas remanet, quomodo illę ſint accipiendæ particulæ, quo uiuimus, ſentimus, &c. Namq; ſi coniunctim ſumantur; diffinitio omni animę, contra Philoſophi intẽtionem communis non erit. Solummodo enim conueniet animæ noſtrę. Si uerò diſiunctim accipiantur, non vna erit definitio; ſed multiplex, ſimiliter contra mentẽ Ariſt. qui vnicam ibi, & omnibus conuenientem vult animæ definitionem elargiri. Miſsis aliorum explicationibus, dico particulas illas ſumendas eſſe diſiunctiuè, atq; coppulatiuè ſimul; ſub hoc ſenſu. Anima eſt, quo primò uiuimus: vel quo primò uiuimus, & ſẽtimus: vel quò primò uiuimus, ſẽtimus, & loco mouemur: vel deniq; quo primò uiuimus ſentimus, loco mouemur, & intelligimus.

Quomo-

Quomodo dictum Ariſt intelligatur ſecundo poſt. nempe; medium in demõſtratione eſt ratio maioris extremi. T. 28.

cap. 26.

PRAEBET hic locus apertiſsimam diſſerendi occaſionem de medio demonſtrationis, de quo ita verba faciam. Primó non nulla premittam. Secundó rem apertiſsimè abſoluam. Non eſt igitur ſermo hic de medio demonſtrationis quia eſt, patet enim cõmuniter in tali demonſtratione mediū eſſe, vel effectus propinquos, vel cauſam remotā. Neq; de medio demonſtrationis, in qua vna definitio per alteram oſtenditur; patet nāq; quòd materialem ad oſtendam definitionē aſſumere debes formalem, finalemue definitionem pro medio, & è conuerſo. Nec obſtat Ariſt. dictum ſecundo poſt, videlicet, ꝙ definitio formalis medium non habet, per quod monſtretur; intelligitur enim quòd non habet medium, per quod à priori, ſed vtique habet per quod à poſteriori monſtretur. Sit experientia iudex; Omnis actus corporis phyſici organici, &c. eſt id, quo primó uiuimus, ſentimus, &c. Sed anima eſt actus corporis phyſici, organici, &c. ergo eſt id, quo primò uiuimus, ſentimus, &c. Vide, uti à poſteriori formalem animę definitionem per materialem demonſtraui. Idem

1. poſt. T. 30.

T. 9.

dicas de medio demonſtrationis, in qua vna cauſa per alteram demonſtratur. Neque dubitationi locus eſt in quęſito ſimplici; quęſitum namque ſimplex; quid eſt, per definitionem fit clarum; ut ſi quęratur, quid eſt homo? dicitur eſt animal rationale. Quęſitũ uerò, an ſit? aliquando abſoluitur per cauſam finalem; ut animal uiuens eſt, ergo cibus eſt. Nonnunquam per cauſam materialem; ut uapores ſunt, ergo pluuia eſt: per cauſam efficientem; ut extinctio ignis, ideſt exhalationis, in nube eſt, ergo tonitruum eſt: per definitionem quid nominis; ut habens humanitatem eſt, ergo homo reperitur; ſyllogiſmo denique hypotetico; ut ſi animal rationale eſt, homo eſt; ſed animal rationale eſt, ergo homo, &c. per definitionem etiam quid rei; conſequutiuè tamen, ut animal rationale eſt, ergo homo. Mouetur ergo dubitatio de medio demonſtrationis, in qua propria paſsio, uel aliud accidens eſſentiale per cauſam immediatam, & adęquatam de ſuo ſubiecto concluditur. Vbi nota nullam demonſtrationem ſubſtantię cognitio-
T.2. nem elargiri; per ea, quę dicit Ariſt. ſecundo poſt; ſicut etiam, quod paſsiones, uel accidentia eſſentialia ſunt induplici differen-
2.poſt.T. tia; quędam enim cum ſuis oppoſitis accipi
10. debent; ut par, & impar reſpectu numeri: rectum, & curuum reſpectu lineę; ſecus

enim

enim falsò de ſuis ſubiectis vniuerſaliter affirmarentur. Vnde non benè diceretur, Omnis numerus eſt par; ſed utique omnis numerus par eſt, uel impar; & ſic de reliquis. Quędam uerò ſunt, abſolutè quę ſumi poſſunt; quę in duplici ſunt diſcrimine quędã enim fluunt à principijs intrinſecis ſubiecti, cui inſunt; ut riſibilitas ab homine: quędam uerò inſunt per principia extrinſeca; ut eclipſis reſpectu Lunę. Priora habẽt vniuerſalitatem temporis, & ſubiectorum; cum cauſam ſecum ſemper habeant; at poſteriora temporis carent vniuerſalitate ob cauſę ceſſationem. His ita conſtitutis, pro uariarum opinionum concordia nonnullę ponuntur concluſiones. Prima, medium in qualibet demonſtratione quęſitum propter quid eſt ab ſoluente, uel in qua propria paſsio probatur & uti ſupra eſt explicatum, eſt definitio, ſimpliciter loquendo. Eſt Ariſt. ſecundo poſt. & primo de anima. Secunda concluſio definitio quidditatiua paſsionis, eſto quòd illam aliquo modo habeat, medium in demonſtratione propter quid, ſeu ſimpliciter eſſe non poteſt; Da oppoſitum; ſequeretur, quòd maior propoſitio in tali demonſtratione non eſſet per ſe; immo innaturalem haberet prędicationem, contra naturam demonſtrationis. Pro conſequentię probatione talis fiat demonſtratio. Omne aptum ad

T.1.& 11.

riden-

ridendum eſt riſibile, Omnis homo eſt ad ridendum aptus, ergo eſt riſibilis. Maior innaturalem habet predicationem; quoniam definitum predicatur de definitione, & per conſequens non poteſt eſſe propoſitio per ſe; quę naturalem ſupponit predicationem. Secundò pro concluſione ita arguitur; medium aliam naturam dicere debet ab eo, cuius eſt tale medium; ſecus enim idē eſſet cauſa, & cauſatum reſpectu eiuſdem: ſed quiditatiua definitio paſsionis non dicit aliam naturam à paſsione; quoniam definitio, & definitum idem ſunt realiter: ergo diffinitio quiditatiua paſsionis non poteſt eſſe medium in tali demoſtratione. Tertia concluſio; medium in demonſtratione, de qua loquimur, debet eſſe cauſa per ſe, intima,

2.pot.T. 2. eſſentialisque ipſius paſsionis. Probatur; paſsio debet eſſe ſcita, & ſcire eſt rem per

1.poſt.T. 9. cauſam cognoſcere eo modo, quo expoſitum eſt; ergo paſsio per eius cauſam ſciri debet, vnde ſequitur, quòd medium de neceſſitate ſit paſsionis cauſa, cum medium, &

2.poſt.T. 8. cauſa conuertantur. Quarta concluſio ſi paſsio, demonſtranda de re aliqua, fluat à ſubiecti principijs, pro medio neceſſariò tenemur accipere ſubiecti definitionem; vnde ſi riſibilitatem de homine oſtendere uolo, teneor accipere definitionem ipſius hominis, quæ eſt cauſa, ut riſibilitas ſit, ac ipſi

homini inſit; quod eſt uerũ ſcire, ita dicẽdo. Omne animal rationale eſt riſibile, õnis homo eſt animal rationale, ergo õnis homo ẽ riſibilis. Hic optimè notãdũ ẽ, quòd licet in demonſtratione ſimpliciter quãdoq; mediũ vtrarumq; ſit extremitatum cauſa; quia tamẽ in demonſtratione, cum ſubiectum ſit conceſſum, paſsionem ſolummodò ſcire intendo; ideò, abſolutè loquẽdo, paſsionis, & non ſubiecti cauſa dicitur; quamuis, in quam, ſit formalis cauſa ſubiecti, paſsionis verò efficiens; & per hoc tollitur id, quod quis primò obijcere poſſet, ideſt quòd mediũ debet eſſe diſtinctę naturę ab eo, cuius medium exiſtit. Dicet quis, cum definitio, definitumq; ſint idem realiter, vnde fit, vt potius demonſtremus paſsionem de diffinito per definitionẽ, quàm è contra? Dicitur lõgam eſſe diuerſitatis rationem; iſta enim, homo eſt riſibilis, eſt immediata ſolummodo immediatione ſubiecti; iſta verò, animal rationale eſt riſibile, eſt immediata & immediatione ſubiecti, & cauſę, quę precipua demonſtrationis eſt pręmiſſarũ conditio. Sed intellectus iam non quieſcit; cum enim homo, eiuſque definitio ſint idem prorſus realiter; vnde fit, ut potius hęc ſit immediata utraque immediatione; animal rationale eſt riſibile, quàm hęc, homo eſt riſibilis? Solutio valet haberi ex quinto textu primi 1. poſt T.

phys.

phys. videlicet, quoniam id, quod definitum confuſè importat, definitio denotat diſtinctè, principia explicando, & cauſas rei illius. Duas, uel tres alias obiectiones cum ſolutionibus apud moderniores lege. Quinta concluſio; ſi paſsio demonſtranda ſubiecto adueniat per cauſam externam, ſit medium definitio cauſalis ipſius paſsionis. Eo fit clara, quoniam ſi volumus oſtendere eclipſim de Luna non poſſumus accipere p̃ medio, niſi cauſalem eclipſis definitionem, nempe interſtitium vmbrę terrę inter ipſa, & Solem, quod aperte ſeruauit Ariſt. ſecundo poſt. ubi demonſtrat etiam fieri tonitruũ
T. 8. in nube propter ignis extinctionem. Si uis demonſtrationem conſtruere, in qua medium ſit ſolum cauſa maioris extremi, ideſt paſsionis, ita dicas. Quod umbrę terrę interpoſitionem patitur eclipſatur. Luna patitur umbrę terrę interpoſitionem, ergo eclipſatur. Poſtrema concluſio, abſolute, & ſimpliciter loquendo, medium in demonſtratione ẽ ratio maioris extremi, ut inq̃t Ariſt. Ratio eſt, quoniam, uti iã dictum eſt, mediũ in demonſtratione ſemp̃ eſſe debet cauſa paſſionis; cum ſcire ſit rem per cauſam cognoſcere; & iam liceet definire per omne genus
9. poſt. T. 12. cauſę, ergo ſequitur quod medium ſemper ſit diffinitio cauſalis ipſius paſsionis. Et quã uis, quando riſibile de homine demonſtra-

mus per animal rationale, medium ſit ſubie-
cti definitio; illa tamen met definitio eſt ip-
ſius riſibilis; ſicut enim propter interſtitium
terræ Luna eclipſatur; ita propter animal
rationale homo eſt riſibilis. Dices, animal
rationale, cum ſit hominis definitio, non
poteſt riſibili conuenire, quoniam vna defi-
nitio vnius eſt rei. Dicitur, quòd vna qui- *6. top. c. 4.*
ditatiua definitio vni ſolummodo rei adap-
tari ualet; cum vnius rei ſit vna tantum qui-
ditas, & eſſentia, cui quidditatiua definitio
correſpondet; & ſic, animal rationale eſt
ſolius hominis definitio nullum; propterea
ſequitur abſurdum, quòd definitio quæ eſt
quiditatiua reſpectu vnius, ſit cauſalis reſ-
pectu alterius; ut animal rationale, in
propoſito, reſpectu riſibilitatis; à connota-
to enim per talem definitionem riſibilitas
ducit originem; immo inquit Auer. quòd *in tract. de demõ.*
demonſtratio, cuius medium eſt cauſa utri-
uſque extremi, perfectior eſt ea, cuius me-
diũ maioris extremi ſolummodò cauſa exi-
ſtit, quod contingit, quando ſumitur p̃ me-
dio, definitio quiditatiua ſubiecti, quæ eſt
eius cauſa formalis, & ulterius cauſa effici-
ens paſsionis. Ratiò fortè eſt, quoniam in
nobiliorem ducit cognitionem, cum faciat
ſcire paſsiones, quæ faciunt ad ſubiecti per-
fectionem; ut riſibilitas reſpectu hominis,
& hinnibilitas reſpectu equi, cuiuſmodi nõ

eſt

eſt eclipſis reſpectu Lunę, & ideo per mediū monſtratur quod maioris extremi ſolummodo cauſa exiſtit. Vel, hoc inde eſt, quoniam per Ariſt. primo poſt. in demonſtrationem debent uenire primus, & ſecundus modus dicendi per ſe, quod non contingit in demonſtratione, cuius medium eſt definitio paſsionis tantum; ſed utiq; in illa cuius medium eſt definitio ſubiecti quidditiua, & paſsionis cauſalis conſecutiuę. Sed an vna paſsio ualeat demonſtrari per aliam paſsionem de vno, & eodem ſubiecto? Dicitur, quod non; & ratio eſt, quoniam cuiuslibet demonſtrationis pręmiſſę debent eſſe per ſe; ſi autem demonſtremus de re aliqua vnam per aliam paſsionem; tunc maior propoſitio non erit per ſe aliquo pacto; ut omne diſciplinabile eſt riſibile; nõ enim ſubiectum ponitur in definitione prędicati, nec ė conuerſo.

T. 10. & 11.

9. poſt T. 91.

An ex coitu animalia genita, ex putriq; materia ſint eiuſdem ſpeciei?

cap. 37.

problem. ſco. 10. q. 64.

EST Ariſt. auctoritas, pter experientiā, quod animalia quędam ſponte, ideſt ex putri materia, quędam vero coitu, ideſt ex ſemine, vel per propagationem generatur. Et quoniam multoties euenit, vt quę ſponte

generan-

generantur his, quę ex ſemine procreantur, omnino videantur ſimilia; hinc meritò in dubium uertitur, an eiuſdem ſint ſpeciei? Quam rem, terminis explicatis, clariſsima reddam. Sumitur ergo coitus, in praeſenti loco, nimis latè, id eſt pro maris, atq; feminę ſeminis mixtione, quomodocũq; fiat. Vbi animaduertendum eſt, animalia ex ſemine naſcentia in duplici poſita eſſe diſcrimine; quędam enim viuipara nũcupãtur, eo quod fętus viuos ędant, vt homo, leo, &c. quędã verò ouipara dicuntur; oua quoniam emittunt, vnde animalia oriuntur poſtea: & hęc iterum diſtinguuntur; quędam namq; oua ędunt perfecta, vt aues, &c. alia verò imperfecta, vt piſces; vbiq; fit ſeminis commixtio; de auibus clarum eſt, de piſcibus autem ſciendum eſt, quod veris tempore, vt plurimũ foeminę confricant ad lapidem, inſtinctu naturę, uentre, ut oua emittant: mares deinde eodem inſtinctu ducti ad eundem lapidem uentrem confricant, ut ſemen inſtar lactis ædant, quo ſemine tacta oua, & iam aucta, eiuſdem ſpeciei piſces concipiunt, & ędunt denique. Sed uidendum eſt hic quid pater, quidue mater præſtet in generatione? Putant nonnulli, moti auctoritate Ariſt. quod mater paſsiuè ſolummodo concurrat, materiã ſcilicet pręparando. Scotus verò, cui omnes ferè in arte medica ſubſcribuntur celebriores.

1. de hiſt. ani. cap. 5. & 6.

de gē. ani lib. 1. c. 1.

§.1.d.4.q 8. briores, inquit; non ſat eſſe, vt aliqua dicatur mater, quòd materiam miniſtret; quandoquidem Adam materiam miniſtrauit, nempe coſtam, ex qua fuit Eua producta, & tamen Euę mater non dicitur; ſed requiritur etiam, vt aliquam habeat vim actiuam, cuius ratione mater dicatur. Hac inter alias vtitur ratione, quę validiſsima mihi videtur, dicant alij quicquid velint, formas eiuſdem ſpeciei conſequuntur potentię naturales eiuſdemmet ſpeciei. Mas, 10 met.T. 25. & fœmina ſunt eiuſdem ſpeciei; ergo formas eorum conſequitur potentia eiuſdem rationis. Igitur ſi formam vnius, puta matris, ſequitur naturaliter uegetatiua actiua ſimiliter, & alterius, puta fæmellæ. Vbi 2 de ani. T.34. 3. meteor lect.6. nota ſecundum Ariſt. ſecundo de ani. quód nobilior operatio vegetatiuæ eſt generatio: & ſecundum D.Thom. quòd operatio ſequitur formam; quæ igitur habent eandē formam ſpecie, habent etiam eandem operationem ſecundum ſpecciem, & per conſequens eandem potentiam, vti inſtrumentum, tali formæ correſpondentem. Ad cui tandas tamen controuerſias dicerem ipſe, quod prolis ad perfectionem in materno vtero quatuor concurrunt; nempe materiæ præparatio: carnis formatio, vel organizatio, ideſt per varias effigesq; diuerſa lineamenta diſtinctio: localis conſeruatio: & cō

ceptæ

ceptę prolis nutritio. Quantum ad primū tertium, & quartum mater actiuè concurrit; quantum uerò ad ſecundum minimè; cum ita ſolus pater, ideſt uirtus eius in ſemine relicta, concurrat actiuè: & ita intelligendus eſt Ariſt. locis citatis, nec non Porph. q exēplificans, in predicabi. pro genere naturali, de patre, non autem de matre mentionem facit. Scotus autem, ubi ſupra, uidetur uelle, quòd mater etiam quantum ad ſecundum actiuè concurrat, licet minus prīncipaliter; vnde facit hanc comparationem, quòd quantum ad materię pręparationem principaliter concurrit mater; quantum uerò ad ſeminum coagulationem, maris nempe, ac fœminę; nec non organizationem, principalius pater cōcurrit, minus uerò principaliter ipſa mater, & actiuè: inquitq; quòd ſi aliter philoſophus ſentit, eſt negandus. Vbi aduerto ingenij Scoti ſublimitatem, quòd nouum ſcilicet extra uiam Ariſt. multis in locis habuerit philoſophandi modum ad ueritatem pręcisè inueniendam; nec illi uitio tradi debet; cum Ariſt. etiam ueritatis ſtudio, à preceptore ſuo plerunq; defecerit. Animalia, quę ex putri generantur mat. ideo ſponte naſci à Philoſopho dicuntur; quoniam ipſorum in generatione non clarè conſtat, qui nam pater, quęue mater exiſtat. Per putrem autem materiam intellige non *cap.de gē*

ſolum lutum, ex quo uaria piſcium genera fiunt; uerum quamcunque etiam putredinē illam precipuè, ex qua mures generantur; utroque enim modo hęc fiunt animalia. Et ſicut in aliorum generatione mater concurrit, atq; pater precipuè, tanquam agens particulare, quod agentis vniuerſalis auxilio itidem naturalis, nempe Solis, materiam diſponit, ac formas introducit, extendendo ſe uſque ad intellectiuam excluſiuè, ita horum in procreatione putris materia matris uice fungitur; patris uerò cum in diſponendo, tum etiam in formas introducendo, calor Solis à temperamento Cęli moderatus, q in aere diffuſus dictam materiam proximè circundat. Modus eiuſmodi eſt: idem calor moderatus, ut dictum eſt, & quodammodo per applicationem particularis effectus, agit in materiam alteratam, & iam putrem redditam eiuſdem Solis vniuerſali calore, & fugato minimo caloris naturalis, quod in ipſa reperiebatur, humidum ſuperfluum, frigiditatiſque intemperiem moderando ita paulatim diſponit, ut ex ipſa uiuum animal educat, & multiplex iuxta materię multiplicitatem conditionum, atque diſpoſitionū. Ita intelligendus eſt Ariſt. loco citato; animalia inquiens fiūt in his, quę putreſcunt, quia quę ſegregatur caliditas naturalis exiſtens, conſiſtere facit ſegregata. Ponitur iā

3. de gen. ani c. 11. & 4. met. eo cap. 2.

conclu-

concluſio ad quęſitum reſponſiua. Ex coitu animalia orta ex putrique materia eiuſdem ſunt ſpeciei. Probant noſtrates, Scotus præcipuè, & D. Thom. hanc concluſionem his rationibus. Orta ex ſemine, putrique materia eaſdem, ſecundum ſpeciem, habent operationes, eadem organa, &c. eiuſdem igitur ſunt ſpeciei. Tenet conſequentia; quoniam ab vnitate operationum, & organorum infertur vnitas formę ſecundum ſpeciem; etiam ſecundum Auer. Moderni tamen Patauini ſecundo uolumine ſua rum diluci dationum huiuſmodi rationem falsò Ariſt. ſuppoſito teſtimonio diluere nituntur; inquiunt enim quòd; cum, ex Philoſophi ſententia quæ ex putri materia prodiere, ſimilem formam ſecundum ſpeciem nō pariant, neque eundem motum ſpecie ſecundum locum largiuntur. Quòd autem falſum ſupponant, in ſolutione ſecundi teſtimonij ab ipſis cōtra concluſionem adducti clarum fiet. Nec tenét omnino uim rationis, cuius pro faciliori intelligentia, cum maiori terminorum claritate, ſupplenda eſt maior hoc modo. Quæcunque habent eaſdem operationes ſecundum ſpeciem; ut diſcurrere, uel ridere reſpectu hominis: eundem motum ſecundum ſpeciem, ideſt motum progreſsiuū eundem præcisè: eadem denique organa, & membra ſpecificè, ſunt eiuſdē ſpeciei ſpecia

vide ant. com. 13. dilucida. 13.

ſiſsimæ. Hęc maior ex dictis aduerſariorum deducitur in eadem reſponſione dicentium, ideo dicta animalia non eſſe eadem ſecundum ſpeciem, ſed potius ſecundum genus; quoniam eorum motus non eſt idem ſpecie, ſed genere; ſimiliter, & membra; ergo quæ habent eundem motum, & membra ſecundum ſpeciem, eiuſdē ſunt ſpeciei; ſicut enim negatio eſt negationis cauſa, affirmatio ſimiliter affirmationis principium exiſtit. Sed ſic eſt, pro minori, quòd animalia ex coitu, & altero modo nata eaſdem ſpecificè habent operationes, &c. ergo ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſsimę. Neceſſaria eſt illatio; pro minoris uerò probatione ad experientiam confugiamus; &, ut euitetur pertinacia, infallibile proponitur periculum. Accipiantur duo mures domeſtici, quorum alter per propagationem, alter uerò ex putri materia ortū duxerit, quod nō repugnat Ariſt. ut in reſponſione ſecūnda etiam ipſi concedunt; apertiſsimè uidebimus eaſdem prorſus ipſorum utrunque operationes habere; uocis nempe formationem omninò: comeſtionem, & motum localem pręcisè: iiſdem rebus delectari penitus, & contriſtari: &, quod euidentius eſt, feles ęqualiter timere, aufugereque; in alijs muribus diuerſarum ſpecierum, quales ſylueſtres, & ſubterranei ſunt, quę minimè cernuntur, ubi

2. poſt T. 180.

forte

forte alij, ob inexperientiam, ſunt decepti. Ad Ariſt. auctoritatem in eadem quę ponitur reſponſione, ne ſim in repetendo ſuperfluus, dicam infra; ſicut ad reſponſionem, qua ſecũdam nituntur ſoluere rationem, ita ſe habentẽ. Animalia ex ſemine, ex putrique materia nata generant ſibi ſimile ſecundum ſpeciem, vt de muribus patet in nauibus genitis, ergo ſunt eiuſdem ſpeciei: tenet conſequentia; quoniam effectus vniuoci habent cauſã vniuocam, ideſt effectus eiuſdẽ ſpeciei habẽt cauſã ſimiliter eiuſdẽ ſpeciei. Fauet Ariſt. ſeptimo met. eadem aſſerens animalia ex ſemine, & abſq; illo poſſe ortum habere; quem locum contradicentes male exponunt; vt pauló infra manifeſtabitur. Immo ipſimet contra ſolutionem, quam poſtea non benè diluunt, hanc ponunt difficultatem. Sicut, enim inquit ibidẽ Ariſt. eadem ſanitas arte, naturaq; fit, ita eadem animalia ex ſemine, & abſq; eo naſcuntur: & iam clarum eſt quòd ſanitas arte, & natura acquiſita ſunt eadem ſpecie, ergo animalia quoque. Inquiunt Ariſt. ſimilitudinem ibi tantummodo poſitam eſſe, vt quemadmodum ſanitas vtroque modo acquiritur; ita etiam animalia generantur. Ergo ſuper vacaneè appoſuit ly, eadem, hoc non eſt dicendum; quare ſub aliqua ſignificatione; nempe generis, vel ſpeciei; non primum;

7 Phy. t. 18 T. 23. 5. met. T. ſine com.

quo

quoniam æquiuocaſſet; præter id, quòd notiſsimum dixiſſet, ergo ſecundum. Ad illa modò teſtimonia deueniamus, quæ contra concluſionem ex Philoſopho deſumunt. Primum ex quinto de hiſt. ani accipiunt,
cap 1. vbi legitur; quòd in piſcium genere nonnulli ſunt, qui ex putreſcenti limo oriuntur, qui licet idem genus cum alijs ſortiantur;
cap. 1. ſpecie tamen differunt. Secundum, & conſimile, ex primo de gene. ani. deſumunt, quo loci habetur; quòd animalia, ex putri materia quæ procreantur, generant quidem, ſed id, quod innaſcitur, diuerſam ſpeciei ſobolem habet, idq; aliud non generat: quoniã tunc proceſſus in infinitum eſſet, quẽ natura abhorret. Habetur etiam eodem in loco, quamuis ipſi non viderint; quòd, ſi ex coitu eorum, quæ non ex animalibus orta ſunt, animalia naſcerentur, hęc ſi eiuſdem eſſent generis, primum quoque ortum parentum eſſe talem oporteret. Tertiam recipiunt auctoritatem ex ſecundo de anima, vbi ſcri-
T.34. ptum habetur, naturaliſsimum opus eſſe uiuentium ſimile ſibi procreare; dummodò imperfecta non ſint, neque orbata, aut ſpõte genita, vnde hãc poſtea conſequentiam deducunt. Si orta ſponte, ideſt ex putri materia, ſibi ſimile ſecundum ſpeciem non generant; igitur ex putri orta & ex ſemine eiuſdem non ſunt ſpeciei. Duas his rationes

addunt

addunt, alterā ab ipſis excogitatā; alterā verò ex Auer. ſubblatam. Prima, vt breuitate vtar, ita ſe habet; fruſtra fit per plura, quòd fieri poteſt per pauciora, ſi igitur animalia poſſunt à natura ex putri materia procreari, fruſtra eadem ſecundum ſpeciem ex coitu pducuntur. Altera ita conſtruitur; Diuerſitas materię diuerſitatem formę ſecundùm ſpeciem arguit, quoniā quodlibet non fit ex quolibet; ſed putris materia, & ſemen ſunt materię inter ſe longè diuerſę, igitur formę, quæ ex ipſis educūtur, ſpecie ſunt diuerſæ, & ppa ex putri materia, & ex ſemine animalia genita non ſunt eiſdem ſpeciei. Dicitur, pro ſolutione, quòd piſces in triplici, quantum ad generationem, reperiuntur differentiā; quidam enim ex coitu generantur ſolummodò, vt Cetacei, nempe delphini, balenæ, bos marinus, &c. obuaſtam corporis magnitudinem ita nuncupati. Quidam ex putri materia tantum ortum ducunt, vt teſtacei, i. ſiliceo tegmine operti, quales ſunt oſtrea, conchæ, &c. & nonnulla ex cruſtatis; cum quędam etiam ex ipſis coeant, illa ſcilicet quæ in aduerſò mingunt. Nonulli deniq; ſunt, qui vtroq; modo naſcuntur, vt tinchæ, ita loquendo, alijs omiſsis. Quòd hę per ppagationem naſcantur, cuilibet innoteſcit: quod etiam ſponte; inde fit clarum, quoniā viſo terræmotus noui aliquando intra montes

8. phyſ. com. *1 phy. T. 41.* *1. phyſ. T. 41.* *Ariſt. 6. de hiſt. c. 12 ani. 5. de hi ani cap. 15.* *de gen. ani. 1. 16.*

ſunt orti lacus, vbi, abſq; eo, quod eò ſint ad uecti, per ſpatium temporis huiuſmodi piſces in magna copia ſunt viſi. Primum igitur Ariſt. dictum de illis verificatur, qui ex putri ſolummodo naſcuntur materia, & nõ de illis, qui vtroq; modo proueniunt. Senſus itaq; Scoti, & D. Thom. propoſitionis eſt hic; Animalia genita ex putri materia.i. nõ omnia, ſed quædam, ſunt eiuſdẽ ſpeciei cum animalibus ortis ex coitu, ſupple, quę ſimiliter ex putredine generari valent: & per hoc ruit etiam teſtualis explicatio, quam tradunt auctoritati pro concluſione adductę. Dicitur ſecundò, quòd animalium, de irrationabilibus modo loquendo, quędam ſunt perfecta õnes ſenſus habentia, quędam minus perfecta, quę omnes non habent ſenſus; ſed tres, quatuorue ſolummodò, licet ſanguinem habeant, ſicut priora; propter quod generant ſibi ſimile, ſecundum Ariſt. Quędam denique ſunt imperfecta, tactum, & guſtum tantummodò poſſidentia & ſanguine carentia, vt coclee, conchę, &c. quę proptcrea ad generationem ſui ſimilis inepta dicũtur. Quando dicit, ergo, Pphiloſophus relatis locis, quòd orta ex putri materia non generant ſibi ſimile ſecundum ſpeciem, de imperfectis loquitur, & exanguibus, immo quod generatur ex ipſis uix animal dicit valet, vt de lendibus patet, qui ex pediculis ori

2. de ani. T. 23.

9. de gen. ani. c. 1.

untur;& eſt exemplum ipſius met Ariſt. Confirmatur; quando enim dicit ipſe ſecundo de anima, quòd ſponte orta ſibi ſimile non generant, huiuſmodi propoſitio eſt indefinita, & in materia contingenti, vt verſato patet, & per conſequens æquipollet particulari, ideſt quędam animalia ſponte genita, & non omnia; ac ſi diceret, quòd quędam animalia ſponte quoque genita ſibi ſimile generant. Per idem ſatisfit auctoritati etiam, quę ponitur in prima ipſorum reſponſione, nempe, quòd in genitis ex putri materia nō eſt mas, neque femina; nam in animalibus perfectis, ſanguinem habentibus, quę utroque modo generantur, dantur mas, & femine per ipsummet Philoſophum, ita dicentem; animalia ex putri genita materia, ſi maris & fęminę ſexus diſtincta ſint, his coeuntibus gignitur, &c. Ecce quemadmodum nec generationem ſimpliciter, nec ſexus diſtinctionem excludit ab ipſis. Sed quas deducunt cōſequentias nunc uideamus. In ſpeciebus non datur proceſſus in infinitum: prę ter Ariſt. eſt etiam Porph. dicentis; ſpecialiſſima uerò in numero certè quodam ſunt; non tamen infinito. Ergo ex putri quæ generantur materia, non debent generare aliquod ſpecie diuerſum, quod iterum aliud alterius generet ſpeciem: & hoc etiam concedimus, cum nobis maximè faueat, dicimus enim

5. de hiſt. ani cap. 1. T. 34.

1 de gen. ani. c. 1.

5. de hiſt. ani. c. 1.

in predicabi cap. de ſpecie

enim animalia perfecta, eſto quòd ſpontè generentur, ſibi ſimile, & non diuerſum, ſecundum ſpeciem generare. Deinde, non eſt nec diſceptatio, ſed ea profectó, an animal ſponte genitum ſit eiuſdem ſpeciei cũ ex propagatione genito; quare non uideo quantum ad rem faciat Et ideo ipſi fortè ſecundam ita deducunt conſequentiam; orta ex putri materia ſibi ſimile ſecundum ſpeciem non generant; igitur orta ex putri, & ex ſemine non ſunt eiuſdem ſpeciei. Antecedens non eſt ſimpliciter verum, ut per iam dicta patet, nec non experientia, quę in naturalibus eſt maximi facienda; uidemus enim apertè in aquis nuper exortis piſces ſponte ſoluinmodo natos primò apparere, & eoſdẽ p oua in eadẽ ſpecie multiplicare, Sed dicet, piſces nõ habere ſanguinẽ, & p cõſequẽs ſibi ſimiles ſecũdũ ſpeciẽ generare nõ poſſe. Antecedens, ſimpliciter ſumptum, Ariſt cõtradicit ſecundo de hiſt. ani. vbi fatetur piſces habere ſanguinem, quamuis primo de hiſt. ani. de nõnullis imperfectis hoc neget. Partim igitur verum eſt, partimq; falſum ſponte nata ſibi ſimile ſecundum ſpeciem non generare; quare eodem quoque modo ſe conſequens habet, vnde verum erit dicere quædam ſponte nata eiuſdem eſſe ſpeciei cũ quibuſdam ortis ex coitu, quædam verò minimè. Nec video quo pacto conſequentia

cap 11.
cap 4.

teneat.

teneat cum in antecedente comparatio fiat inter ſponte, coitûq; orta reſpectu vnius tertij in conſequenti verò inter ſe tantummodò. His legant quæſo auctoritates in noſtræ poſitionis confirmationem. Habetur ſecundo de gen. ani. Animalia ſanguinem habentia aut animal, aut ouum pariunt, quę ſanguine carent vermem. Sexto autem de hiſt. ani. ita. Piſces ſunt, qui & limo, & arena proueniunt, etiam de illis generibus, quę per coitum, & ouo primordio generantur. Ad auctoritatem à me allatam, quæ maioris eſt momenti, dicitur, quòd non determinatiuè ibi loquitur Philoſophus ſecus.n. multis in locis ſibi contradiceret, ſed diſputatiuè, & ideo negatur illi conſequentia. Et ad probationem, vbi dicit, quia ſic in cęteris animalibus euenire patet, reſpondetur id ſimpliciter verum eſſe ſolummodò ijs in animalibus, quę per propagationem ortum tantummodo ducunt, non autem in ijs, quæ vtroq; modo naſcuntur; vt in eiuſmet doctrina manifeſtè patet. Ad ipſorum rationem dicitur, quòd propoſitio illa, vbi tota vis argumenti eſt collocata; nempe fruſtra fit per plura, &c. cum ſuis ſimilibus, videlicet natura non abundat in ſuperfluis: & vnitas pluralitati eſt præferenda, ſub conditione intelligi debet; videlicet, dummodò tutè, atq; cõmodè fieri valeat. Vide huiuſmodi expoſitionem

cap. 1.

1. cel. T. 32

8. phys. T. 48.

1. de par ti ani c. 5. ſitionem ipſiuſmet Ariſt. eſſe dicentis; Naturę operibus id coniunctum eſt, ut nihil temerè actum ſit: & quòd natura rem nobiliorem in locis nobilioribus conſtituere ſolet, niſi aliquod impediat. Et propterea multis animalibus non in capite, ſed alijs in partibus oculos dedit; immo nonnullis unum, quampluribus uerò duos, ut altero deficiente ſuppeditet alter. Totum ex Ariſt. deducitur; habet enim ſecundo de gene. ani. quòd oculorum ſedes, ut plurimum, eſt in capite; ergo alibi etiam. Sec. autem decima proble. reddens rationem, quare ouium oculi inter ſe maximè diſtent? ob commodum, inquit, quoniam prono capite maximè ingrediuntur, & in latus reſpicere debent. Igitur ad benè eſſe, & ad commodum organa multiplicat, atque natura diſponit. Reliquum rationis per hoc facilè tollitur: quoniam vtraque enim generatio facilè valet impediri, ne ſpecies deficiat, prouida natura vtroque modo auxilium illi præparauit; ſicut etiam ars naturæ multoties deficienti auxiliatur, & è conuerſo, vt idē ſpecię reparetur. Secundæ, quæ eſt Auer. rationi ipſimet ſatisfaciunt; quamuis in multis deficiant. Primò enim deficiunt admittentes formam eſſe propter materiam, id eſt quòd talis eſt forma recepta, qualis eſt materia recipiens. Eſt contra communē ſententiam,

cap 5. T. 17.

etiam, quę non concedit, quòd magis perfectum ſit propter minus perfectum; immò è contra minus perfectũm ordinatur ad magis perfectũ, & eſt ordo naturę, ſi benè inſpiciatur. Eſt contra Philoſophum, inſuper, T. 19. ſecundum phyſ. dicentem formam eſſe materiei finem; & ſecundò de ani. aſſerentem, T. 24. actus actiuorum, id eſt forma ſubſtantialis, per operationem agentium: non recipitur, ſupple illorum actione, niſi in paſſo benè diſpoſito, id eſt in materia diſpoſitiones habente, quę ſint proportionatę formæ introducendæ. Ecce ſple clarius, quòd materia 7. met T. propter formam eſt, & non è contra: & quòd 60. dicitur, per diſpoſitiones finitatur; quare, cũ eędẽ tur, quòd ſpeçie diſpoſitiones in ſemine, ac in putri forma eſt materia plerunq; reperiantur, abſurdum di magis ſubcere non eſt, eaſdem quoq; formas ſpecie ſtantia, utrobiq; reperiri. Secundò deficiunt, abſo- quã mãt. lutè concedentes materiam, & formam dici quoniam ad aliquid; cum utraq; natura .i. ſubſtantia mant. eſt dicatur; ſunt utiq; ad aliquid conſequutiuè ꝑpter for .i. quatenus includunt actum, & potentiam mam. uel, quòd ſicut unum relatiuorum nõ poteſt 2. phyſ. abſq; altero eſſe, ita nec materia ſine forma: T. 10. & Vel, propter mutuam dependentiam. Vel, 21. propter proportionẽ; vnde dicitur in textũ, cap. de re quòd hęc materia eſt huius formę materia. lati.

1 de gen. T. 29.

Circulo

Circulo qui q; impoſsibile eſt demonſtrare ex primo poſt.

T.6. cap. 28.

POST breuem totius textus explicationem, quomodo circulus in demonſtratione detur per quã facilè aperiam. Omnes ferè Doctores aut nullam, aut non æquam præſentis text. continuationem ponunt. Quare dicimus, quòd cum Phi. dixiſſet in fine textus quinti eiuſdem libri præmiſſas demõſtrationis à nobis ſciri, immo per ipſas ſciri & concluſiones; poſſet quis facile dicere, ò Ariſt. ſcire, per te, eſt per demonſtrationem cognoſcere, ſi igitur premiſſę demonſtrationis ſciuntur, ergo per demonſtrationem, quę deinde habet premiſſas demonſtrabiles per aliam demonſtrationem; & ſic numquam deueniemus ad principia, quę ſint immedia

1 poſt.T. 3. ta, vt ipſę ponis. Et ſi diceres, quòd ſupponuntur tamquam immediata, & euidentia, ſequeretur, quòd cõcluſio per talia prinpia ſcita eſſet ſecundum quid, & non ſimpliciter; vnde his ita conſtitutis; ſequitur, quód nihil prſus ſciatur à nobis. Vel, fortè melius diceretur quód premiſſę demõſtrationis utiq; ſciũtur à nobis per aliam demõſtrationẽ, ſed nouas premiſſas non eſt opus aſſumere, ſufficit .n. aſſumere concluſionem iam demonſtratam loco unius premiſſarum, quæ

nobis

nobis eſt iam clara, & euidens? & ita non tollitur ſcientia, nec datur proceſſus in infinitum; ſed quidam ſolummodo regreſſus in demonſtrationibus: & hoc totum habetur in prima parte textus. In ſecunda parte deſtruit Ariſt. commune vtriuſque opinionis fundamentum dicens, quod non omne quod ſcitur, per demonſtrationem cognoſcitur: in de prima principia ſciuntur nō per demonſtrationem, ſed ſola cognitione terminorum, per quod primę opinioni fit ſatis; remouetur .n. proceſſus in infinitum in demonſtrando, nec non multa demonſtratione cognoſcuntur. Quędam hic incidunt animaduerſione digna: primum quod per terminos ſecundum Auer. debemus intelligere medios terminos ipſorum ſyllogiſmorum; ita ut pręmiſſę pro tanto immediatę dicantur, pro quanto medius terminus eſt immediatus. Conſonat Ariſt. primo poſt. ubi dicit, quod propoſitio immediata eſt illa, qua non eſt altera prior, per quam à priori oſtendatur, & primo top. aſſerenti, quod demonſtratio eſt ex primis, aut ex talibus, quę per aliqua prima, &c. Eſt clarum hic, propoſitionem immediatam eſſe medium ad propoſitionē mediatā oſtendendam; unde fit clarus aliorum error, qui dicunt, quòd Ariſt. in ſecundo lib. poſt. de medio demonſtrationis agit; ſuperfluus namque eſſet, cum in primo libro exacte

1 poſt. cō. 11.

T. 3.

cap. 1.

actè doceat quę immediatę, & quę mediatæ ſint propoſitiones. Poſſumus etiam per terminos eas intelligere voces, quæ præmiſſas conſtituunt .v.g. cognito quid ſit affirmatio, & negatio ſtatim quam primum cognoſcimus propoſitionem, de quolibet uera eſt affirmatio; vel negatio; aduertendum tamen eſt, quód eiuſmodi terminos non ſeorſum tãtum, uerum in propoſitione etiam diſpoſitos cognoſcere debemus. Diceres, quód multi negant huiuſmodi prima principia. Reſpondetur quód ſunt malè affecti; uel quód ore, non corde negant. Ex Ariſt. deducitur primo poſt. ita dicente; Non .n. ad extrinſecam rationem demonſtratio; ſed ad eam, quę in anima; ſemper enim eſt inſtare ad extrinſecam rationem, ſed ad intrinſecam rationem non ſemper. Secundum; quod indiget contemplatione, eſt id quod Alex. docet primo prio. nempe, quòd exiſtimans propoſitiones contrarias eſſe ambas falſas, quod euenire nequit, niſi in materia contingenti, vt verſato patet, eas pro veris habere debet, quæ contrarijs ſubalternè opponuntur. Quare, cum dicat Ariſt. has falſas eſſe ambas, omnium eſt demonſtratio, & nullorum eſt demonſtratio, cogitur ſubſtinere has ambas eſſe veras; quorũdam eſt demonſtratio, nempe concluſionũ, uel præmiſſarum, quę concluſiones etiã fieri

T. 31.

cap ulti.

poſſunt: & quorundam non eſt demonſtratio, ideſt principiorum. Vltimò his rationibus contra ſecundam inuehitur opinionē. Demonſtratio ex notioribus procedit, atq; prioribus; ſi daretur ergo circulus, idem ſe notius, & ignotius: nec non prius, ac poſterius eſſet, quod fieri nequit. Eo probatur conſequentia, quoniam premiſſę dum per ipſas probatur concluſio, notiores, atq; priores ſunt ipſa concluſione: ſi poſtea per concluſionem prēmiſſę demonſtrentur, oppoſitum contingit. Dices pro aduerſarijs inconſonum minimè eſſe, idem notius, & prius natura, ideſt ſecundum ſe reperiri; ignotius uerò, & poſterius nobis .i. ſecundum noſtrū cognoſcendi modum. Satisfacit Ariſt. inquiens, demonſtrationem ex notioribus nobis procedentem non eſſe demonſtrationem ſimpliciter, nec ueram generare ſcientiam, quę per cauſam, in eſſendo etiam, habetur. Secunda ratio ita ſe habet; ſi circulus in demonſtratione daretur, facilè omnia eſſet demonſtrare, quod eſt abſurdum, conſequentia hoc modo fit clara. Si eſt animal rationale, homo eſt, ſi eſt homo riſibile eſt, ergo ſi eſt animal rationale, riſibile eſt. Cō uertas modo; ſi eſt riſibile, homo eſt: ſi eſt homo, animal rationale eſt; ergo ſi eſt riſibile, animal rationale eſt. Non ne uides, quòd oſtendendo, quòd, ſi eſt animal ratio

1. poſt T. 5.

nale, eſt riſibile, & è conuerſo, oſtendis idē per ſeipſum; nempe, quòd ſi eſt animal rationale, eſt animal rationale: & quòd ſi eſt riſibile, eſt riſibile. Poſtrema ratio ita cō ſtruitur; demonſtratio requirit tres terminos, ſicut ſyllogiſmus; quod .n. competit generi, ſupple in eſſentialibus, competit etiam ſpeciei; & quòd illi tres termini ſint conuertibiles, ut detur circulus; quo ſtante, uos antiqui non habetis intentum; nempe, quòd omnium ſit ſcientia, inquit Ariſt. & ratio eſt quoniam termini conuertibiles ſunt admodum pauci. Conſidera poſtea diſcrimen eſſe aliquod inter præfatas rationes; prima .n. probat, quòd non datur circulus in demonſtratione ſimpliciter, quatenus demonſtratio eſt. Secunda oſtendit, quod neq; in demonſtratione, quatenus eſt ſyllogiſmus, datur regreſſus .i. quod neq; ſyllogiſmus reciprocus eſt circulus perfectus. Tertia id ſolummodò habet, quòd, admiſſo antiquorum dicto, non omnium ad huc eſt ſcientia. Vt ſecundum iam perſoluatur pollicitum; dicitur, quòd quatuor modis poteſt intelligi poſſe fieri demonſtrationem circularem. Primo modo, vnum genus demonſtrationis in alterum commutando; nempe demonſtrationem quia, in demonſtrationem propter quid; ut apertè concedit Ariſt. primo poſt. Secundo modo, mutando vnū genus cauſæ

1. prior. c. 22. 4. top. cap. 1.

T. 30.

puta finalis, in alterum genus cauſę, nempe materialis; quomodo vna definitio per alteram demonſtratur, ut iam patet: immo in eodem genere cauſę, ut in circulo genitis innoteſcit; circulo .n. genita circulo quoq; demonſtrantur, & hoc non negat Ariſt. ſecũdo poſt. Verum eſt utiq;, quod in huiuſmodi genitis non eſt uerus circulus; cum non fiat regreſſus ad idemmet numero, ſed ſpecie ſolummodo. Tertio modo poteſt intelligi, quod fiat demonſtratio circularis; dummodo concluſio per plures demonſtrationes ſit cognita; quo pacto negari nequit, ut in hoc patet exemplo, quod primo poſt. habetur: Demonſtratio eſt ex neceſſarijs, ergo demonſtrationis concluſio eſt perpetua. Item, demonſtrationis concluſio eſt perpetua, ergo demonſtratio procedit ex neceſſarijs. Vltimo modo poteſt intelligi, quod fiat demonſtratio circularis propriè, his concurrentibus, ſecundum Auer. Primò, quod pręmiſſarum vnaquęq; ſit conuertibilis; uolentes .n. pręmiſſas p concluſionem probare, illas conuertere oportet; & hoc etiam in textu habetur. Secundò, quod concluſio ſit affirmatiua; quoniam ſi negatiua eſſet, oporteret pręmiſſarum aliquam eſſe negatiuam; vnde ſi demonſtraretur altera pręmiſſarum, fieret complicatio ex duabus negatiuis. Tertiò, quod ſit in primo modo primę figurę: i alijs enim

2 met. T. 4.

T. 58.

d T. 19. ad 23.

1. poſt in paraphr. cap.

2. priorũ enim figuris non erit uerus circulus, ut Ariſt. cap. 5. docet: in ſecundo uerò modo, & quarto primę figurę non poteſt eſſe; cum concluſio debeat eſſe affirmatiua: nec in tertio; quia uolentes oſtendere maiorem per concluſionẽ oporteret aſſumere ipſam concluſionem loco maioris, quo pacto eſſet ſyllogiſmus ex maiori particulari. Quę tamẽ conditiones, preter primã, facillè in circulo repeririuntur, ubi vnum demonſtrationis genus in alterũ commutatur; & aliquando à nobis notioribus, aliquando uerò à notioribus natura ꝓceditur, quod non negat Ariſt. dicit utique quód hic non eſt propriè circulus; uerùm ille; cuius utraq; pars eſt demonſtratio ſimpliciter, quem deniq; dicit impoſsibilem eſſe per ea, quæ in propoſito textu habentur; nẽpe, quia idem ſimpliciter eſſet notius, & ignotius ſeipſo: prius, & poſterius, & per conſequens idem ſeipſum cauſaret, quod eſt ab-
1. poſt. ſurdum. Conſequentia deducitur; quoni-
T. 5. am quando concluſio per pręmiſſas oſtendi-
2 de ani. tur, præmiſſę ſunt cauſa concluſionis, uti iã
T. 47. expoſitum eſt: ſi poſtea præmiſſæ per concluſionem eodem genere demonſtrationis oſtẽdantur, iam concluſiò, quæ erat effectus, efficitur cauſa reſpectu eiuſdem, quod non eſt aliud, quàm ſeipſam cauſare. Diceres, pro aduerſarijs, quid nam incommodi affert, quód altera pars circuli procedat a notiori-

bus nobis; altera uerò à notioribus ſimplici ter? Reſpondet Ariſt. quòd tunc diffinitio tradita de ſcire diminuta eſſet, quoniam nō competeret ſcire per demonſtrationem acquiſito, quæ procederet à notioribus nobis, cum generet ſcire ſecundum quid; quod nō habetur per cauſam, &c. Adhuc pro eis diceres, nullum eſſe inconueniens, illam definitionem diminutam eſſe. Reſpondet idē quòd inconueniens eſt negare illud, quòd omnibus uidetur; præcipuè ſapientibus, à quorum iudicio, in notis maximè, recedere minimè debemus. Cum igitur definitio tradita de ſcire, ſit confirmata communi omnium conſenſu; non ſolum primo poſt. citato loco; ſed etiam primo phyſ. remanet, quòd nullo pacto ſit appellanda diminuta. 1 poſt. T. 5. 1. top. cap. 1. T. 8.

Omnis enim color mouens eſt eius, quod ſecundum actum diaphani, & hoc eſt ipſius natura. 2. de ani. T. 67.

cap. 29.

TEXTVS breuiter elucidabitur in primis, ordinatim videbitur poſtmodū an lumen ad coloris viſionem ex parte medij requiratur, vel obiecti? quę ſit cauſa coloris? quę eius definitio? an colores vnam eandem ſpeciē per totum mediū producant? nec nō de ipſius ſignificationibus; propoſitam pp-

nes intentionem, aliqua dicentur denique Continet igitur textus hic, præter coloris definitionem, exactam à præcedenti textu continuationem vſq; ad 69. incluſiuè, vbi de lumine agitur. Dixit iam Philoſophus ſe tractaturum de viſibili, quod, vt plurimum, eſt color, de quo hic agitur; &, vt actu ſit viſibilis, lumen requiritur, vel lux, quæ in diaphano ideſt in perſpicuo; vel corpore tranſparenti, vt eſt aqua, vel aer, tanquam in ſubiecto recipitur; vnde meritò de perſpicuo priuſquam de lumine verba facit. Diuiditur textus in tres partes: in prima declaratur, quomodo eſſe viſibile colori conueniat: in ſecunda coloris ponitur definitio: in poſtremo enumerantur, quæ ad viſionem concurrunt. Dicit ergo, primò, quòd eſſe viſibile colori ſecundum ſe conuenit; quoniam in ſeipſo cauſam habet eſsēdi viſibile, ideſt corporis ſuperficiem, quæ ſecundum ſe viſibilis eſt adiuncto colore. Vnde alia litera ita habet; hic, nēpe color, eſt in eo, quod ſecundū ſe eſt viſibile; ſupple, requiſitis alijs concurrētibus. Secunda pars textus vna cum definitione coloris elucidabitur infra. Circa vltimā partem vna hęc incidit difficultas; non enim videtur eſſe verum, quòd color non ſit viſibilis abſq; lumine, cum multa in tenebris etiā videantur, vt quercus putride, cornu, capita piſcium, &c. Reſpondetur aliquod actu vi-

2. de ani. T. 72.

deri

deri duobus contingere modis, vel vt coloratum, vel vt lucidum: vt coloratum non niſi in lumine; vt lucidum etiam in tenebris videtur: eſt optima D. Thomę reſpõſio. Pro completa nihilominus viſibilium diuiſione dicendum arbitror, quòd in die ſolum quædam videntur; vt colores: quædam in nocte tantummodo; vt fungi quidam albi, ortum de nocte habentes, & Sole aduenientẽ pereuntes: quædam & in die, & in nocte, vt ignis: aliqua, non niſi, quatenus diaphanum eſt illuminatum; vt poſita in profundo aquarum, vel in aere; dummodò per ſe lucida non ſint: ea denique quibus nunquam tenebræ ſnecti poſſunt; vt Sol, qui luminis fõs dicitur. Quod lumen, pro ſecundo, non requiritur, niſi ex parte medij; vt ſcilicet p medium ſpecies illuminatum deferantur; vnde, ſi lumen in medio eſſet colori immediatum, quamuis illud non attingens, ad huc videretur color. Nec obſtant, primò ſi dicatur pro Auempace, quòd lux, & color ſint idem; cum non ſit aliud color, quam lucidi mixtio cum opaco, ſecundum ipſum: vnde videtur, quód lumẽ ſe teneat ex parte obiecti. Satisfacit enim Auer. qui ipſum refert, dicendo, quòd color eſt actus perſpicui terminati; lux verò perſpicui interminati. Secundó pro Caiet. quòd lumen riquiritur ex parte obiecti, cum det eſſe, & actum colo-

2. de ani ſuper T. 7 2.

Alb. Ma. 12. de cęl. tract. 3. cap. 3.

3. de ani. T. 7. bus. Dicitur namque, quód lumen facit colorem in actu; non in actu, colorem, vel viſibilem, & arbitratur ipſe; ſed ſolummodó in actu diaphanum immutante, vt ex tex. colligi facile valet. Tertiò, p Alb. & Ferrarien. quód lux eſt primum viſibile; cum ſine colore videatur, & non è contra, ergo eſt cauſa qua color ſit viſibilis; habetur enim ſecundo met. quód primum in vnoquoq; genere aliorum eſt cauſa, quæ in eodem genere inueniuntur. Dicitur enim, quód lux non eſt primum viſibile obiectiuè, ſed natura quædam innominata luci communis, & colori; qui abſque luce ideò non videtur; quoniam ex parte medij lux neceſſariò requiritur. Prò tertij explicatione eſt optimè tenendum, duplicem eſſe colorem, alterum quidem apparentem ſolummodò; qualis ille nubium eſt, iridum, & aliorū quę de ſe colorata minimè ſunt: alterum verò naturalem, ac verum in tertia ſpecie qualitatis cum priori collocatum. Omnes apparentium colorum cauſæ vel ex medio ſumuntur, vel ex luce, vel ex ſitu, vel ex aſpectu; præcipua tamē cauſa, qua re appareant, eſt quoniam lumen recipitur in exalatione non penitus diaphana, nec dēſa omnino. Immo quo magis diaphana fuerit, ac maior copia lucis, eo maior reſultabit albedo, vel ad ipſam calor magis accedens. Quò verò magis opaca fuerit, mi-

in ſum de homi. tra de colore

1. contra gent. ca. 76

cap. 2.

1 meteo. cap 5. & 3. cap. 4.

noróq;

norq; erit in ea luminis copia, eo magis, ni-gredo reſultabit, vel color ad nigredinē acce dens; vnde fit clarum colores apparentes eſ ſentialiter non eſſe, niſi lucem diuerſimodè participatam; Verum eſt, nonnullos quoque colores apparentes reperiri, qui veri sūt colores; aliter nihilominus ac ſunt, apparēt in multis de cauſis, quę his paucis complectuntur. Prima eſt, quando partes minimę vnius iuxta minimas alterius ponuntur; ita ut ſenſus diſtinguere nequeat, cuius nā ſint coloris? quando color quidam tertius apparet. Secunda; cum vnus debilior color alteri ſupponitur; ut arte pictorum clareſcit. Tertia; quando medium interijcitur inter colorem, & noſtrum aſpectum, quale uitrū eſſet uiride, &c. Quarta, denique nimia eſt ipſa diſtantia; ueri tamen colores ex primorum mixtione qualitatum generantur; ſunt nāque ſecundę qualitates à primis fluentes; vnde ipſorum ad generationem concurrunt lucidum pręcipuè, ignis, nec non aeris, uel aquę diaphanum cum terrę opacitate; imo quó magis, uel minus opacitas acceſſerit; eò magis ipſi ad albedinem accedent, ab ipſaue recedent. Quantum ad eius definitionem; primò definitur ab Ariſt. quatenus res eſt, hoc modo: Color eſt extremitas perſpicui terminati: uel, eſt qualitas, quod idē ſonat, qua formaliter apparet ſuperficies, p

de ſenſu, & ſenſil. cap. 3.

eodē lib. cap. 7. & 8.

de ſenſu, & ſenſi. cap. 3.

ſicut

ſpicui terminati; ſicut enim lumine diapha num interminatum apparet, ita colore terminatum oſtenditur; quoniam diaphanum eſt aptum apparere per aliquam receptam qualitatem. Secundò definitur quatenus obiectum eſt potentię uiſiuę, tali pacto; Color mouens eſt eius, &c. ideſt immutatiuus eſt diaphani in actu; uel eſt qualitas, quę perſpicuum immutare ualet, producendo ex ſe ſpecies uiſibiles. Sed contra primam definitionem hoc ponitur: corpus coloratum intrinſecus etiam colorem habet q. perſpicui terminati extremitas minimè dici ualet. Reſpondetur; quòd, quamuis in profundo perſpicui, puta lapidis precioſi, color appareat, in ſuperficie nihilominus eſſe dicitur; & illud, quod perſpicui ſupereminet, habet rationem medij. Excogitaui mecum ſolutionem hanc, quam inueni poſtea apud Philo-

2. de ani. com. 67.

po. & ualdè ſum gauiſus. Potes etiam dicere cum alijs, quòd illa particula, extremitas, aptitudinaliter accipitur; ut ſit ſenſus color eſt id, quod natum eſt apparere in extremitate perſpicui terminati, quod colori, etiam intrinſecus exiſtenti; commodè adaptatur. Contra ſecundam quis dicere poſſet inde ſequi, contra ueritatem, colorem lumine pręſtantiorem eſſe, ex quo ipſe rationē agendi habet, ideſt diffundendi ſpecies, in medium iam illuminatum; lumen uerò ra-

ctionem patiendi, ideſt ſpecies recipiendi. Haberi, inſuper, cęlum quoque immutare poſſe; propter quod falsò, quintum corpus ſimplex peregrinę impręſsionis receptiuum eſſet. Pro dilucidatione ſciendum eſt primò; ad hoc, ut color ſit uiſibilis actu, quod duę neceſſariò cauſę concurrunt vna altera propinquior; uidelicet immutatio diaphani, non ubique, ſed in extremitate; vnde coloris primam cum ſecunda definitionem coniungere uales. Et aduerte, quòd diaphanum in hoc à colorato diſtinguitur; quoniam primum non habet in ſe cauſam ſuę uiſibilitatis; cum ſit uiſibile per lumen extrinſecum: ſecundum utique, nempe immutatiuum eſſe diaphani; & ideo dicitur in textu, & hęc eſt eius natura. Aduerte diſcrimen inter coloratum etiam, & colorem; quoniam coloratum propriè uidetur; color autem eſt ratio uidendi: primum ſpectat ad operationem, ideſt ad uidere: ſecundus uerò ad potentiam, ideſt ad uiſum; per quod elucidatur quòd habetur penes Ariſt. ſenſus, ideſt ſentire eſt ſingularium, & conſonat ipſimet, primò poſt. dicenti; quòd ſingulare cognoſcitur, non per medium: ly, cognoſcitur, dicit operationem. Etiam primo met. ubi legitur; actus autem, & generationes, ideſt operationes omnes, circa ſingularia ſunt: & hoc ulterius habetur exemplum; medicus enim ſanat Calliam

1. *phyſ.* T. 49.
1. *poſt.* T. 33.
T. 2. *in proœ.*

per ſe, qui erat philoſophus grauis Ariſt. tẽpore, hominem uerò ſecundum accidens .i. T.27. conſequutiuè, uel ſecundariò. Elucidatur etiam illud, quod ſecundo poſt inſpicitur, idest quòd ſenſus eſt uniuerſalis, ideſt quicquid cognoſcit uiſus cognoſcit ſub ratione coloris, &c. Vide ibi, & leges; ſentire eſt ſingularis, ideſt uerſatur circa ſingulare: ſed ſenſus eſt uniuerſalis, ideſt uniuerſale cognoſcit. Secundò eſt principaliter ſciendum; quòd, ſicut eſſe paſsiuum paſsione perfectiua non arguit paſſum agente imperfectius eſſe; ita rationem eſſe patiendi paſsione perfectiua non dicit illam formam ea imperfectiorem eſſe, quę ratio eſt agendi; vnde patet etiam nullum eſſe inconueniens, Cœlum paſsibiiis perfectiuę ex pers non eſſe. Penultimum ita breuiter abſoluitur; quemadmodum diuerſę eiuſdem luminoſi partes in eadem parte ſpatij diuerſa lumina non producunt; ſed vnum tantum, vigoroſius, ac intenſius tamen, quàm ſi ab earum vnaquaq; duntaxat produceretur: diuerſę ita eiuſdem ſpatij colorati diuerſas in eadem parte ſpatij ſpecies non producunt; ſed vnam tantum potiorem tamẽ, quàm à qualibet ſigillatim produceretur. Inde clarum fit, ſequeretur enim alioquin in eadem parte ſpatij infinitas productas eſſe ſpecies, infinitaq; lumina, ſi ſecundum duas medietates produceret coloratum

loratum duas ſpecies, & ſecundum quatuor ſimiliter quatuor, &c. Vide, pro vltimo, ſecundum caput primi tractatus mei de tribus coronis Romani Pont. vbi de colorum ſignificationibus diffuſè loquor, eorum ſemper mentionem faciendo, qui digni ſunt, vt ipſorum teſtimonium afferatur. Hic, igitur dicatur ſolummodò, quòd color rubeus, quẽ ſuis in Armis gerit Illuſtriſſimus, atq; Reuerendiſsimus Dominus meus cum aureo Seraphin, denotat promptitudinem, ac altitudinem ingenij, & immenſam charitatẽ, qua ipſe affluit: habet, vlterius cum Leone proportionem, à quo ipſe, & meritò quidem, mirificè diligitur: nec non cum Sole, vel cum luce; vnde confido, quòd poſt pręſentem lucem, ſeu Pontificem Max. ipſe orbẽ illuminabit. Oſtendit deniq; ipſiuſmet. fidei catholicę ſinceritatem: eminentiſsimę ſapientię circa Diuina, quę ſemper omni cordis cum ardore contemplatur; ſapientiam: nec non erga Pontificem. Rom. intactam, candidamque fidelitatem.

Omnis

predic. de ſub.

Omnis autem ſubſtantia videtur hoc ali quid ſignificare, &c.
cap. 30.

PONIT hic Ariſt. tertiã ſubſtãtię ꝓprietaté, quę propriũ primo modo ſumptũ dici ualet, cũ ſolis primis ſubſtantijs cõueniat, nõ auté ſecũdis, quę quale quid potius ſignificant. Pro intelligentia, nota primò quòd ſubſtantia tribus modis conſiderari valet. Primò per ſe, & ſic dicitur ſubſtantia, quaſi ſubſtans, vel in alio non exiſtens: appellatur etiam natura; quoniam eſt principium operationum: eſſentia, quaſi in ſe exiſtens: nec non quiditas, ſeu quod quid eſt; quatenus per definitionem explicatur; quamuis Alex. Aphro. ſexto met. dicat de méte Ariſt. quòd in hoc quiditas à definitione ſeiungitur; quoniam prima eſt confuſa quędam intellectio, & quaſi dictio, quę rem, velut unam contemplatur: ſecunda vero eſt quędam rei explicatio, ac eius partium enarratio. Secundò valet conſiderari ſubſtantia, vt in ſingularibus reperitur; quomodo dicitur prima ſubſtantia, quia primò ſubſtat accidentibus, vel quia primò nota eſt hominibus; hic eſt enim, pro ſtatu iſto, modus noſter cognoſcendi, vt ſeſibilia prius cognoſcamus. Singularis etiã dicitur reſpectu vniuerſalis, ſub quo continetur. Indiuidua

in predi camen di uis. 2. & c. de ſub. 2. poſt. T. 2. com. 7.

in predic. c. de ſub.

quoniam

quoniam in alia inferiora diuidi minimè ualet. Hoc aliquid; cum digito ualeat oſtendi, quod nō euenit de vniuerſalibus. Suppoſitū uel quia per ſe ſubſiſtit, uel quia omnibus alijs ſubijcitur. Vltimò perſona, quatenus in natura aliqua intellectuali ſubſiſtit; nempe diuina, angelica, & humana. Denique conſiderari poteſt vt obiectiuè in intellectu reperitur; & tunc ſpecies, genus, &c. dici ſolet, quę genera, & ſpecies pro ſecundis intentionibus accidentia ſunt, pro primis verò ſecundę ſubſtantię nominantur ab Ariſt. in hoc eodem capite. Secundò nota, quòd triplex, pro nunc, inuenitur prioritas, perfectionis ſcilicet, naturę, atque cognitionis: ſumendo ſubſtantiam à per ſe eſſendo; primo modo primę ſubſtantię ſunt formę omnino abſtractę à materia .i. intelligentię. Secundo modo genera, & ſpecies de predicamento ſubſtantiæ in ordine ad ſua indiuidua; Poſtremo autem modo, eadem indiuidua. Tertiò nota quinq; de neceſsitate requiri ſecundum Aphr. ut res aliqua dicatur hoc aliquid. Primum; ut ſingularis exiſtat, natura indiuidualis, incommunicabilisq; quare vniuerſalia excluduntur. Secundum; quòd per ſe, ad accidentium differentiam, quę per ſe non exiſtunt. Tertium; quòd ſit ſenſibilis, & corporea; ad hoc, ut oſtendi ualeat, quo excluduntur intelligentiæ cuiuſcunq;

cunq; generis. Quartum, quòd uerè, realiter, ac exiſtenter ſit corporea; per quod ſi ctitia multa excludunt, & apparentia. Vltimum, quód ſubſtantia ſit completa, ac in ſpecie pefecta, ad excludendas partes, ſiue integrales, ſiue eſſentialies. Nota deniq; quòd quale, tribus modis dicitur aliquod ſignificare. Vno enim modo, quoniam qualitatem ſignificat accidentalem, vt album vel nigrū quę in abſtracto ſi ſumatur, ſubſtanria ſecundum modum dici poteſt; per ſe enim ſtare videtur. Secundo modo quoniam qualitatem ſignificat eſſentialem, quę differentia eſt ſubſtantialis, & eſt ſubſtantia ſecundum rem, accidens veró ſecundum modum, vt rationale. Tertio denique modo, quoniam & ſecundum modum, & rem ſubſtantia eſt; vt homo, vel animal; ſignificant enim ipſum quale, quoniam non ſignificant aliquam naturam, ſicut prima ſubſtantia ſignificat, ſed naturam pluribus communicabilem, ideſt vniuerſalem, indeterminatam, non perſe exiſtentem, intelligibilem, & non ſenſibilem; quomodo ſumpſit Ariſt. in pręſenti loco. Vlterius progrediendo, nacta loci huius occaſione difficultates ne ſubterfugere velle videar, de indiuiduationis principio breuiter, clarè, atq; reſolutè verba faciam, vt meum fert iudicium ab Ariſt. dogmatibus minimè recedendo, atq; hoc ordine ſeruato. Primò enim

enim quid, & quotuplex ſit indiuiduum; ſecundò, an detur materia totius; ultimò quę ſit pręciſa, & adęquata indiuiduationis ratio indiuidui ſubſtantię materialis; cum de ipſo ſolummodò intentio ſit agendi, oſtendam. Ad primum; indiuiduum, iuxta nominis ſignificationem, tribus ſumitur modis. Vel, pro eo, quod nequit diuidi; ut eſt ipſa vnitas in mathem. Poſt. Ariſt. uide Alb. Mag. ita dicentem; vnitas eſt principium ſimplicius; cum ſit indiuiſibile ſimplex, non habens poſitionem; punctum autem eſt indiuiſibile poſitum, ſupple in linea, poſitionem habens, ſupple ibidem, & etiam in ſuperficie, uel corpore; ut continua quantitas à diſcreta ſeiungatur. Vel, ſumitur indiuiduum pro eo, quod ob ſui ſoliditatem uix diuidi poteſt; ut adamas. Eſt enim lapis duriſsimus, ut ſcribit idem Alb. & ſolui nequit niſi ſanguine hirci; & hoc eo fit magis, ſi hircus vinum biberit. Aut pro eo, quod uera, & ꝓpria predicatione de nullo predicatur. Habetur ex Ariſt. primo poſt. ubi, loquens de indiuiduo cuiuſcunque predicamenti, inquit; ut quęcunque iam ſingularium contingunt eſſe, & non de ſubiecto aliquo, ſupple predicantur: inquit de ſubiecto aliquo idest de inferiori, quod nota, quoniam per hoc non negat ſimpliciter indiuiduum predicari de aliquo. Et, quoniã modus predicandi

14. met. cap. 4. in prędicamen. c. 42.

in prędic. cap. de quant.

2. de minera. tra. 2. cap. 1.

T. 2. & in ante ꝑdic. dimi.

modum ſequitur eſſendi; ut colligi ualet ex primo periher. ibi; Dico autem vniuerſale, quod in pluribus, ſupple, reperitur: prędicari natum eſt; ac ſi diceret propterea aptum eſt affirmari de pluribus quoniam in pluribus reperitur. Singulare uerò quod nō, ideſt illud eſt ſingulare, quod in pluribus cum non reperiatur, de pluribus minimè dici ualet; dicere poſſumus, quód indiuiduum eſt id, quod habet eiſe in communicabile .i. non impluribus exiſtens; ſed in ſeipſo tantummodò. Aduerte tamen quód indiuiduum, ut dicit rem, cui attribuitur intentio, ideſt relatio quędam excogitata, eſt incommunicabile: relatio, tamen, huiuſmodi rationis, à qua aliquod incommunicabile dicitur, eſt communicabilis; vnde conuenit pluribus indiuiduis. Primo modo ſumptū duplex eſt; uagum nempe, quod naturam ad indeterminatum importat ſuppoſitum contractam; ut quidam homo; indeterminatū inquam, quantum ad nos; cum de ſe ſit vnū ens numero, & per conſequens determinatū. Datur etiam indiuiduum determinatum, quod naturam denotat contractam ad ſuppoſitum determinatum; etiam quoad nos, quod quadruplex adhuc inuenitur. Aliud enim eſt proprio nomine ſibi impoſito ſignificatum, quod ab Ariſt. ſingulare propriè nuncupatur; ut Callias. Datur etiam aliud per

cap. 5 *Ex 1. diui ſi. ātepredic.* *1. perier. cap. 5.*

per pronomen demonſtratiuum determinatum; vnde demonſtratum indiuiduum communiter appellatur; ut hic homo, uel iſte leo: uel quarundã per circumloquutionem proprietatum; ut cum dicitur quidam iuuenis craſſo capite, longo naſo, &c. & denique per ſuppoſitionem; ut Petri filius, ſuppoſito, quód ille vnicum tantum habeat filium. Ad ſecundum; negant aliqui dari totius materiam, quoniã forma totius non datur, nempe quę dicit aggregatum, ut ipſi aiunt, ex materia, & forma: & hoc Ariſt. teſtimonijs, rationibusque probare nituntur. Potiora teſtimonia ſunt ex ſecundo phys. & ex quinto met. quibus in locis, per ipſos, à Philoſopho forma partis, & non totius definitur, & per quod quid eſt eſſe rei; vnde colligunt, quòd forma partis abſque totius forma tota ſit rei quiditas; immò quòd inexcogitatum ſit ab Ariſt. formam dari totius. Has addunt rationes; Illud eſt tota rei quiditas, quod ipſam in eſſe ſpecifico conſtituit, à quoue totum eſſe rei dependet, quod eſt ſolum forma partis; ut ex ſecundo phys. colligitur; ubi habetur, quòd poſita materia, & non forma, nihil eſt carnis; ſed poſita forma ſtatim ponitur nomen, eſſe, ac definitio carnis. Item, nullibi definitur materia ab Ariſt. per eſſe, ſemper autem per fieri; ſed utiq; forma contra materiam diſtincta; & ſola totã

Patauini in fine 2. volumi. diluci.

T. 28.

T. 2.

T. 11.

Q 2 dicit

2. de ani. T. 2. dicit quiditatem: non datur igitur materia totius, cum nec forma totius inueniatur. Clariſsimum tamen eſt apud Ariſt. eſſentiam rei, & quiditatem idem eſſe; vnde dicit aliquando quòd definitio declarat ſubſtantiã rei .i. eſſentiam, aliquãdo verò quiditatem, quo totũ ſit notus error, materiam eſſentię qui partem ponunt, & non quiditatis, verũ eſt quod nomen eſſentię mutatur in nomen quiditatis, quoniam ea, quibus res eſſentialiter conſtituitur, per definitionem ſignificantur, quid eſt res indicantem. Patet de *2. poſt T. 2.* inde, quod eſſentia rei ſenſibilis materiam non excludit, ſola igitur forma non eſt tota *T. 19.* quiditas, ſimpliciter loquendo. Habetur ob *T. 16. & 11. met. & cap. 1.* id ſecundo phys. & primo de ani. quòd Naturalis ſuis in definitionibus materiã includit ſenſibilẽ, quod his contingit modis. Primó per materiam partis, ideſt ex qua, materia prima quę dicitur, diſpoſitionibus induta, ideſt ſignata, vel hęc materia. Secundò per materiã in qua .i. per propriũ ſubiectũ paſsionis, quę definitur. Tertiò per materiam implicitè, ideſt in aliquo prędicato inclusam, vt cum dicitur, homo animal eſt rationale, quę predicata ſenſibilem includũt *in poſt p̃dicamen. c. de pri ori.* materiam. Vltimó cum, per motum, vel effectum definit aliquem. Phyſicę igitur definitiones materiam ſaltem includũt, cumq; res cauſa ſit, vt oratio ſit etiã vera, & quiditatibus

tibus definitiones correſpondeant, ſequitur aliquas quiditates materiam pręter formam cōplecti. Vlterius quarto phy. habetur quòd pars ſpecici, id eſt genus in ratione ſpeciei vna cum differentia collocatur. Inſuper logica eſt ſcientia communis, cum pręparet omnibus ſcientijs inſtrumenta ſciēdi, vnde modus ſciendi ab Ariſt. nuncupatur: quare modum definiēdi oſtendere debet in cōmuni; ſecus deficeret, cum definitio alterum ſit inſtrumentum ſciendi. Sed ſexto topi. habetur quòd definitio conſtare debet ex genere, & differentia: ergo quęlibet definitio materiam aliquo modo includit, cum genus loco materię ſe habeat ſecundum Porph. in cap. de diff. dicente quod homo communis proportionabiliter conſtat ex materia, & forma .i. ex genere, & diff. Habetur immò ſeptimo met. quę communis etiam, ratione obiecti, dicitur ſcientia, quòd in definitionibus neceſſariò materia poni debet. Si verò alicubi dicitur à Philoſopho, quòd forma quiditas eſt: dicitur, quod à nobiliori, ſicut eſt forma reſpectu materię, tunc fit denominatio. At ſi apponatur ly, ſola, ita vt forma tantum tota dicatur quiditas, reſpondetur quòd rei quiditas vno modo conſideratur, vt eius vna pars ad alteram refertur, vel materię vna, formę verò altera locum habet; quomodo non ſumitur in propoſito: alterò

4. phys T. 1. & 7. me. T. 14

T. 23.

1. met. T 25.

cap 4.

T. 39. & T. 43.

2. phys. T. 11.

1. Cel T. 116.

autem modo conſideratur, ut ſimul tota rę fertur ad id, cuius eſt quiditas; quo pacto formę ſolummodò uicem tenet; cum in primo dicendi modo .i. ſub ratione formę prędicetur de eo, & ita ibi ſumi debet. Vel, dicitur, quòd ſola forma eſt tota quiditas; quoniam, ſecundùm Philoſophum, ultima differentia complet quiditatem alias communiores differẽtias contrahendo; ita ut quiditas rem adęquet, cuius eſt quiditas, & per conſequens vna reddatur. Quare dicere ualemus; ſola forma eſt tota quiditas, ideſt ultima differentia contrahitur, terminatur, & fit vna, incommunicabilis, adęquataque quiditas cuiuſcunq; rei definibilis: non excluduntur, propterea, genera, nec vniuerſaliores differentię reſpectu poſtremę uicem materię retinentes. Ad primam ipſorum rationem conceditur, illud totam rei quiditatem eſſe, quo res ponitur in eſſe ſpecifico; negatur poſtea, quòd ſola forma partis ſit illud appellandum: & ad probationem dicitur, quòd abſque forma nihil eſt carnis, ſupple in actu; non ꝓpterea excluditur omnino materia; immo neceſſariò, tanquàm ſubiectum, ad tale requiritur eſſe. Ad aliam dicitur rationẽ, quòd materia nonnunquam ad compoſitũ refertur, ubi ſe loco matris habet, & per ſieri à Philoſopho definitur: ergo nullum eſſę

1 poſt. T. 9.

7. met. T. 43.

1. phys. T 62.

1. phys. T 80.

quidi-

quiditatiuum prębet compoſito; nunquam certè probabitur conſequentia; immo dicitur ſecũdo de gene. & ſeptimo met. quòd homo, & equus vniuerſaliter, non ſunt ſubſtantia, ideſt forma ſolum, ut optimè declarat D. Thom. ſed ſunt ſimul quoddam cõpoſitum ex materia, & forma; non quidem ſingulariter, ſed vniuerſaliter; ita textus habet. Refertur etiam materia in ſubſtentãdo ad formam precisè; atque reciprocè; licet non eodem modo; forma namque dicitur materiam ſubſtentare ſecundũ quòd eſt eius fundamentum: at materia dicitur ſubſtentare formam, ſecundum quòd forma non poteſt eſſe ſine materia, ideſt conſeruatur à materia; ſaltem illa, quę de ipſius educitur potentia; attamen, cum conſeruare quoddam ſit agere, ſequitur materiam omni actiuitate, ut ipſi uolunt, ſpoliatã minime eſſe. Pro auctoritatum ſolutione ſciendum eſt, quód forma ſubſtantialis idem eſt cum differentia de predic. ſubſtantię, cuius, ob uaria muniera, hęc eſſe poteſt completa deſcriptio. Differentia eſt quę ad eſſe conducit, ideſt adiuncta generi ſpeciem conſtituit; & ideo ſubditur, & quę rei pars eſt, ſupple formalis: & eſt quòd quid eſt eſſe rei, ideſt ponitur in eſſentiali diffinitione rei; tanquam pars, ut in alia legitur translatione. Propterea Philoſophus

T. 6. *T. 34.* *Auer. 1. phyſ. cõ. 70.* *Porp. in predic. cap. de diffe.*

phus multoties formam partis quòd quid eſt appellat, non autem quòd tota ſit quiditas; ſecus enim ſibi ipſi contradiceret expreſ-
T.35. sè, cum habeat ſeptimo met. hęc pręciſa uerba. Speciem autem, idest quiditatem, dico quòd quid erat eſſe, & ſimul totius eius, quòd ex ſpecie, ideſt forma, ſupple partis, & materia conſtat, eſſentiam continet. Vbi per ly ſpeciem innuit formam totius apertiſſimè; ſecus nugatorius eſſet. Idem repetit
T.9. octauo met. ideſt quòd ratio definitiua adi-
T.11. ungit aliquid alteri, quorum vnum eſt ut forma, & alterum ut materia: & quòd ex utraque parte fit vnum ratione formę, non formę partis; ut clariſsimum eſt; ergo formę totius. Sed tertius; omne definibile, per Phi. 2. poſt. T. 22. vniuocum eſſe debet, & per conſequens in aliquo predicamento collocatum: Sed omne, quòd in predicamento reponitur, eſt compoſitum ex duabus realitatibus; à quarum altera, cùm ſit determinabilis, genus deſumitur; ab altera uerò, cum ſit determinans, ratio differentię; ergo omne definibile debet eſſe compoſitum ex pluribus realitatibus, uel formalitatibus, quarum vna alteram non includat; ſecus definitio nugatoria eſſet: & vna ſe habeat loco materię, nempe communior, altera uerò loco formę, ut minus communis; ergo ſola forma partis rei totam quiditatem non complet:

plet. Compoſitio deinde huiuſmodi formalitatum, uel rationum formalium, quę dicitur forma totius, correſpondet compoſitioni, quę fit obiectiuè in intellectu, ex genere, & differentia. Huic ſubſcribuntur ſententię Alb. Mag. D. Thom. & Auic. ut ipſe refert. quare abſque ullo dubio datur forma totius, & per conſequens totius materia, ex ipſorum et argumentandi modo. Sed, quas de directo magis, rationes afferunt iã perpẽdamus. Prima eſt; materia nullum includit actum, ergo non poteſt contrahentis rationem habere, quam totius materia dicitur retinere. Non eſt antecedens ſimpliciter uerum; cùm ueritatem habeat ſolummodò de materia partis, actum formalem excludentis; & non de totius materia, quę talem actum non reſpuit, ut infra manifeſtabitur; vnde falſa etiam remanet conſequentia. Opponunt ſecundò, de tali materia nullibi Ariſt. uerba feciſſe. Scoti tamen ſubtiliores, ſtrenuioreſque Duces clariſsimum locum afferunt ex decimo met. ubi legitur, quòd in compoſito eſt materia, & forma: hęc quidem, ideſt forma, ut ad ſenſum D. Thom. exponit, eſt ratio, quę ſpeciem conſtituit: hęc autem, ideſt materia eſt indiuiduationis principium. Vbi, per materiam illam intelligunt ipſi, quę totius nuncupatur, contra quod aduerſarij uini ponentes in

in prędic c. 9.

7 met ſuper T. 34

T. 25.

verbis hęc primò proponunt (Nam,& ſi carnes,& oſſa,ex quibus hic,& hic eſt) ecce,inquiunt, quòd de materia ex qua, partis quę nuncupatur, fit ſermo. Propterea dicimus, quòd carnes, & oſſa in compoſito duobus modis conſiderari poſſunt; phyſicè nempe, atque metaphyſicè. Ideſt quatenus coniunctim in toto reperiuntur ultima cum diſpoſitione ad conuenientem ſibi formam recipiendã; quomodo materia partis dici poſſũt; ſicut forma ibi recepta dicitur etiã partis forma. Vel, quatenus ſub vna formalitate cõmuni rationẽ habẽt indiuiduandi hoc, & illud compoſitum, quę formalitas hecheitas,vel totius materia nominatur:& hoc modo locus ille debet exponi.Quod inde patet quoniam ſequitur textus, Sed ſimul totum eſt indiuiduum,ideſt indiuiduum non eſt indiuiduum per formam partis,nec per materiam partis; ſed per id, quod ex vtraque reſultat; quod, vt ſit vnum per ſe, & non per aggregationem,ab aliqua vltima formalitate vnitatem ſumere debet, in qua cum alijs indiuiduis conueniat; vt ſicut ipſum, alia ſimiliter indiuiduentur indiuidua,quę formalitas,vel entitas nõ poteſt eſſe,niſi totius materia. Hęc, vlterius, verba textus afferunt (quoniam idem ſperma, prout aliquam paſſionẽ paſſum eſt, aut fęmina,aut mas fit) ex quibus colligunt,quòd per materiã,ibi,ma

teriam

teriam partis, & non totius intelligere debemus; cum ſperma, per quod mas à fęmina diſtinguitur, ſit materia partis, & non totius. Ni fallor tamen, veram illius loci non attingunt explicationem. Quare dicendum arbitror, quod hęc vera ſit interpretatio. Animalia diuerſarum ſpecierum, puta, equus, & Leo, non poſſunt oriri ex eodem ſemine, ideſt equi ſolum, vel Leonis tantum: cum igitur mas, & fęmina; puta equus, & equa oriantur ex eodem ſemine puta, equi; ſequitur quòd mas, & femina ſpecie non differant ſed indiuidualiter. Ergo ſemen, quod eſt materia partis, eſt adequatum principium indiuiduationis; negatur conſequẽtia, quoniã hoc ex illo loco minimè colligitur, verũ id ſolummodò, quòd varia ſeminis affectio cauſa eſt ſexus diuerſitatis, quę concomitanter, vel conſequutiuè cum indiuidui conſtitutione introducitur. Hoc co firmatur; quoniam datur indiuiduum in aliqua ſpecie, quod neque mas, neque fęmina eſt propter ſeminis temperiem, ideſt quoniam à calido, & frigido eſt mediocriter affectum. Proponunt denique rationem à ſufficienti partium enumeratione, quarum primam concedimus; quòd materia ſcilicet totius ſit ſubſtantia cõpoſita, non in concreto, ſed in abſtracto ſub ratione vniuerſalitatis, & indifferentię ad cuiuſcunq; indiuidui ſuppoſitionẽ; ſicut forma

Ex Alb. Mag. 2. phys tra ct. 1. cap. 3.

totius eſt etiã ſubſtantia compoſita in abſtra-ᴄ̃to includens potentiam ſaltem, & actum; vel materiam, & formam proportionabiliter; vt humanitas, ſub ratione vniuerſalitatis ad quiditatem omnium eiuſdem indi-

T. 10. uiduorum ſpeciei. Ad Ariſt. auctoritatem ex ſecundo poſt. deſumptã, vbi dicitur, quòd ſub eadem ſpecie differentia ſecundum ſubſtantiam non reperitur; reſpondetur dictã auctoritatem contra ipſos militare formam totius deſtruentes; docet enim ibi Philoſophus quòd indiuidua eiuſdem ſpeciei non differũt quantum ad quiditatem; quoniã ratio ſpeciei ęqualiter in omnia indiuidua ſua deſcendit, ſecus non ęqualiter de ipſis

cap. de ſpeci. prędicaretur in quid; immo dicebat Porph. ſub hoc ſenſu, quòd omnes homines ſunt vnus homo: huiuſmodi autem quiditas omnino eſt idem cum forma totius, quam ipſi iterum quibuſdam reſponſionibus in vlti-

2. volumi. mo capite vanam reddere cõantur, quas reſponſiones, cum quilibet facilè per iam dicta diluere valeat miſſas facio, ad vltimumque me confero. Circa quod duas ipſi po-

in tract. proprio de princi induci. cap. 11. nunt concluſiones. Primam; quòd ſi conſideretur indiuiduum quoad ſubſtantiam ſubiectam indiuiduationis, principium eſſendi per ſe indiuidui, ipſumq; in eſſe conſtitues ſola forma eſt; & quòd materia concurrit p accidens, tamquam cauſã ſine qua non. Hæc

eadem

eadem ſententia eſt etiam Themiſt. nec nõ Philoponi ſecundo de anima, quare noui nihil dicunt, ſed rem opus eſt melius intelligere. Philoponus inquit, quód forma eſt hoc aliquid. Themiſtius verò, quód forma eſt, per quam materia eſt hęc. Innuere volunt viri grauiſsimi, & aliorum magiſtri ad ſubſtantię compoſitę conſtitutionem duo eſſentialiter concurrere, materiam ſcilicet, ac formam; verum eſt, quód materia nõ concurreret, niſi hęc à forma efficeretur .i. actuaretur, & contraheretur. Quare materiam non excludunt, ne mille in locis Ariſt. contradicant; pręcipuè ſecundo de ani. dicenti, quód, materia eſt hoc aliquid, ideſt in compoſito per formam exiſtit, vt ibi Alex. expoſuit. Nec dicunt illam eſſe cauſam per accidens reſpectu fundamenti naturæ; cum habeatur primo phyſi. quód eſt principium per ſe generationis tam in fieri, quam in facto eſſe: & ſecundo phyſi. ex communi omnium conſenſu, quód ipſa ſit natura, & neceſſariò requiſita ad quamcumq; generationẽ. Vnde nec, per idem, dici poteſt cauſa ſine qua non, quę non concurrit ad effectum, niſi in fieri; vt patet de feneſtræ apertione reſpectu illuminationis domus. Ad actoritatem, quam ex ſecundo phyſi. in confirmationem afferunt, reſpondetur, quód ante conſtitutionem lectuli; eſto quód adſit lignum, &

ſup tex. 2.

T.2.
T.65.
T.80. & 82.
T.10.
T.12.

non forma lectuli,nihil eſt lectuli;non ſim-
pliciter,quia eſt aliquid in potẽtia; ſed vti-
que nihil eſt in actu; quod facilè cõceditur.
Ergo poſt lectuli conſtitutionem materia,
nempe lignum,non eſt lectulus in actu, quã
uis ſimul cum forma,negatur conſequentia,
quoniam eſt falſiſsima; concedo apprimè,
quòd forma pars ſit pręſtantior; quare in na
2. phys. turalibus magis natura dicitur à Phiſopho.
T 22. Vide Boeti.ſuper Porphi.ubi inquit. Si li-
cap.de Di gnum non fuiſſet, nec menſa quidem. Se-
fferenti. cunda, quam ponunt concluſionem,eſt hęc.
Rebus .n. Si accipiatur indiuiduum quoad indiuidua-
&c. tionem, & vnitatẽ numeralem; principia in
diuiduationis intrinſeca ſunt materia ſigna-
ta, & forma:ſed materia cauſa eſt præcipua,
forma uerò principalis minus, ac ſecunda-
ria. Sed quidem neq; hæc noua eſt conclu
1. ſ. d. 3. ſio; prima .n. pars deſumpta eſt ex Durando
q. 2. dicente, quòd materia, & forma determi-
nata .i. hęc materia,uel materia ſignata;idẽ
.n. ſunt, & hęc forma principia ſunt indiui
duationis. Secunda uero pars fuit olim po-
ſita quibuſdam à grauiſsimis Doctoribus;
quos refert Durandus eodem in loco,& con
futare conatur; ſed an benè; ij diiudicet, ad
quos attinet; ipſe autem, quas aſſumpſi,par
eodem c. tes abſoluere conabor. Primò dicens,quòd
ſ. 1.phys iſti uiri nullum diſcrimen ponunt inter ma-
T.61. teriam, & ſubiectum; vide Themiſtium ui
dere

dere debebant dicentem quòd materia, ut ſic, nullam includit relationem; ſed utiq; uti ſubiectum: & tunc duplicem includere poteſt reſpectum, uel .n. ad formam accidẽtalem, ſubſtantialem ſupponentem, & tunc dubium non eſt, quòd forma ſpecificatur per ſubiectum, & ad indiuiduationem deducitur; quare dulcedo lactis à mellis dulcedine ſpecie ſeparatur ob ſubiectorum varias diſpoſitiones, vnde reſultat formaliter diuerſa ratio dulcedinis, & hæc dulcedo ab illa ſeparatur in lacte; quoniam hoc lac ab illo ſeiungitur numericè. Vel reſpectum includit ad formam ſubſtãtialem, vbi dico, quòd oppoſitum euenit nempe quòd materia per formam contrahitur; vnde talis debet eſſe materia, qualis eſt forma introducenda, quoniam minus nobile à natura ad magis nobile ordinatur, & non è contra: & propterea dicitur ſecundo phys. quód forma finis eſt materiæ; in hoc ideo laborat agens, vt materiã ad formæ proportionem diſponat introducẽdæ. Secundò dico falſiſsimum eſſe materiam per ultimam diſpoſitionem indiuiduari, quoniam ex eadem materia ultima diſpoſitione affecta quamplures educuntur ſubſtantiales formę, ut eadem ex putredine plures fiunt uermes; ſed utiq; per aduentũ formę ſubſtantialis exiſtẽter indiuiduatur. Forma igitur eſt cauſa indiuiduationis materię, &

2. de ani. T. 24. 8. phys. T. 75. & primo de Cel T. 12. T. 23.

non

non è conuersò. Pro hac deniq; parte dicitur, quód, licet materia ultima induta diſpoſitione fiat hæc in potētia,& hæcpoſtea in actu per formã ſubſtantialem aduenientem, nihilominus nec adiuncta forma poteſt eſſe adæquatũ indiuiduationis pincipium,quòd ita fit notum. Illud prçciſum, & adęquatum principium alicuius rei dicitur, quo remoto,alijs quibuscunque poſitis, res illa minimè ponitur, ſaltem quantum ad denominationem. Sed poſita materia ſignata, nec non forma,non ſtatim ponitur indiuiduum; ergo,&c.Inde fit clara minor; quoniam da oppoſitum, tunc indiuiduum ſupra quiditatem nihil poneret, & per cõſequens ab alio indiuiduo nullo pacto ſeiungeretur, quod eſt falſiſsimũ. Vbi aduerte, quòd indiuidua non addunt ſupra ſpeciem,niſi id, quo inter ſe diſtinguuntur,cum iam in ſpecie conueniant, ideſt hecheitatem quandam proportionatè ipſorum à quolibet participatam, pro ut plures, paucioreſq; retinent conditiones indiuiduantes; quę, licet quiditatiuę non ſint, neceſſariò tamen ad indiuiduationem requiruntur. Hoc iterum eadem minor fit clarior exemplo:ſi principium indiuiduationis immediatum prçter ſignatam materiam, & formam nihil poneret, ſequeretur, quód aliquo decedente homine, nihil periret, cum iam forma remaneat nempe, anima;

Ex Ariſt in prędicam.cap. ad aliqd

anima; & materia, corpus ſcilicet, vnivocè quoq; ut formam ante, & poſt informationem reſpicit; neceſſe eſt igitur aliquam ponere formalitatem, per quam hic homo immediatè hic fiat homo, quę abſtracto nomine prolata, non niſi hęcheitas dici ualet. Eſt clarum inſuper, ab omnibusque receptum reſpectu omnium dictionū abſtractum reperiri, atque concretum; quare ſicut dicitur ens ab entitate, vniuerſale ab vniuerſalitate, perſe à perſeitate, homo ab humanitate, & denique omne habens aliquam naturam, tale à natura, quam habet; ita hic homo ab hac humanitate, hic equus ab hac equinitate, &c. cum vniuerſale, & particulare opponantur, primo poſt. & oppoſitorū eadem ſit conditio; primo priorum. Et quoniam in quolibet ordine vnum poni debet, quod aliorum ſit menſura, ne detur in infinitum proceſſus; vnum igitur primum principium ponendum eſt adęquatum indiuiduationis, alia ſibi ſubalternans in particulari; quod, ut intuenti patet, non niſi hęchitas eſſe poteſt, in abſtracto ſi appellatio fieri debeat: quę hęcheitas, cum ſit ſubſtantia, & non forma partis, nec totius: non materia partis, nec ſubſtantia compoſita limitatè; & in concreto accepta; remanet, quòd ſit materia totius: & hanc arbitror eſſe mentē ſubtiliſsimi Doctoris. Eſto. n. quòd hic, & T. 5. c. 2. 10. met. T. 7.

R hic

hic homo per hanc, & hanc materiam inter ſe phyſicè ſeparentur; aliqua nihilominus ponenda eſt formalitas in communi, & metaphyſicè, qua preciſè, ęqualiter, & primario quodlibet indiuiduum in eſſe ponatur, & ab alijs ſeiungatur. Confirmatur; in-
T. 10. quit enim Ariſt. quinto met. quód per vnitatem quilibet numerus menſuratur .i. unus per vnitatem dicitur, & non per partes, quibus conſtat. Per hęcheitatem igitur, à pari, hic homo, uel bos; dicitur hic homo, uel bos; & non per hanc materiam, &c. Vl-
1. periher. c. 5. terius, indiuiduum, ex eodem, ab vniuerſale ſeparatur per non habere eſſe in pluribus, ideſt per ſuum eſſe incommunicabile, quod eſt ſua hęcheitas; ergo communiter, abſoluteque loquendo pręciſum indiuiduationis principium hęcheitas dici debet. Nec
1. cęl 93 & 7 met 35. obſtat, ſi dicat idem, quòd indiuiduum eſt per materiam; cõcedimus enim materiam, & formam ad indiuiduationem propinquè etiam concurrere; ita ut materia ſignata, radicaliter, & origine pręcedat; ſicut forma perfectiuè, & ſpecificatiuè, ex ſecundo de anima; non eſſe tamen dicimus, ſimul quoque ſumptas, exactum indiuiduationis, & ultimum principium, quo indiuiduum formaliter hoc aliquid dicatur, ſicut nec per animam, & corpus preciſè dicitur homo, ſed
T. 2. per ſolam humanitatem. Neque ſimiliter

obſtat,

obſtát, ſi cum Porph.dicatur tandem, indiuiduum in eſſe poni per aggregationem multarum accidentalium conditionum, quoniã aliud eſt loqui de conſtitutione indiuidui à priori, vt hic; & aliud à poſteriori, vt ibi, id eſt penes noſtrum intelligendi modum. Vel dicitur, quod omnes illę conditiones coniunctim acceptę vnam conſtituunt hęcheitatem, adęquatum, pręciſum, & verum indiuiduationis principium. *in predica. cap. de ſpeci.*

Eccho autem fit, quando fit ab aere, &c. *2 de ani. T. 80.*

cap. 31.

POST explicationẽ textus, quid ſit obiectum, medium, organumque auditus; & quomodo fiat auditio breuiter demonſtrabitur. Quantum ad primum; cum iam de ſono Philoſophus egiſſet ſecundum ſe; agit in pręſenti loco de eius iteratione, quę Eccho nuncupatur; & dicitur accidere ſono; vel, vt aliqui dicunt, quoniam omne inferius dicitur accidere ſuo ſuperiori, ſicut eſt Eccho reſpectu ſoni: vel, quia nunquam à ſono ſeparatur; cum ſit eius conuerſio: vel, deniq; , quòd ſicut viſualitas eſt quędam accidentalitas in linea, vt linea eſt; ita reflexio illa accidentalis dicitur differentia reſpectu ſoni. Adęquata igitur auctoris intentio in

dicto loco eſt oſtendēdi quo nam pacto fiat Eccho. Vbi inquit, quòd ſonus in aere exiſtens fertur per ſpacium aliquod; ſed aliquā do contingit, vt ulterius dilatari prohibeatur; unde per idem ſpatium cum eiuſdem aeris repulſione reuertitur, & exemplum apponit. Sed an ſonus reuertens idem ſit numero, uel ſpecie cum priori, ſatis clarè non oſtendit. Propterea dixerunt aliqui, quòd unus ſit aer ad obſtaculum uſq; progrediēs, ubi repercuſſus reuertitur idem; unde ſonus idem numero fit reiteratus. Vide Auer. optimè ipſos confutantem. Nonnulli uerò aſſeruerunt, quòd Eccho eſt prorſus eadē uox cum priori, ſuas ſpecies in proximo loco diffundens. Sed, cum Eccho poſt ſonum factū audiatur, non uideo quomodo hęc opinio ſubſiſtere ualeat. Quare tertia ſurgit opinio, quę mihi magis placet, uidelicet, quòd aer iſte primus impulſus mouetur uſq; ad certā diſtantiam, qui poſtea alium mouet aerem ſucceſſiuè, quouſq; ad obſtaculum deueniatur, unde aer retrocedit, & idem ſpecie auditur ſonus delatus per eundem aerem, qui dicitur unus, non numero, ſed ratione continuitatis. Circa ſecundum quatuor ſunt per ordinem uidenda, uti propoſitum eſt. Quātum ad primum; adęquatum obiectum auditus dicitur ſonus, quatenus omnes complectitur ſonos; reflexos. ſ. & directos; uocem & non

Auicenna cum multis ex latinis Simplici & Philoſophus quos aeunt ſectatur.

Auer. & Alex & poſt. eos, D. Thom.

non uocem. Dicitur materiale obiectum, quatenus res eſt; formale uerò quatenus audibilis; unde ſonus, in cõmuni, eſt qualitas ſẽſibilis auditu, ex fractione aeris inter duo corpora ſolida, ſe non leniter percutientia, proueniens. Quantum ad ſecundum; aer eſt mediũ, ubi primò recipitur ſonus, quamuis ibi genitus etiam per aquam, ob ſui facilitatem in aduenienti cedendo, intentionaliter deferatur; vnde piſces etiam ſub aquis audire videntur, quamuis vocem claram non audiant. Nec vllum ſequitur inconueniens, immediatè ſub aquis etiam ſonum generari, cum ibi ſit aliquid aeris; non eſt enim in ea parte purum elementum, & cum parũ habeat aeris, paruus etiam, & lenis ibidem generatur ſonus. Ad tertium, dicunt aliqui eſſe illum aerem in interiori parte auris collocatum, in qua pellicula clauditur, meringa nuncupata, cuidam neruiculo è cerebro deſcendenti affixa. Exiſtimant etiam eundem aerem elementarem minimè eſſe; cęterum mixtum quoddam animatum. Hoc eo ſuadent, quoniam Ariſt. ſecundo de ani. de tali ſolo aere, vti de auditus organo, verba facit. Immo in de ſenſu, & ſenſato, inquit; quòd organum auditus eſt de natura aeris, ſicut viſus organum aquę naturam retinet. Alb verò Mag. in ſum. de homi. arbitratur auditus organum eſſe neruum ipſum

ex 2. de ani. T 78

T. 83. & 84.

cap. 2.

tract. de audi è fi. 2. de ani. com. 84. immediatè à cerebro emanantem. Auer. priori ſubſcribitur opinioni duo dicens; alterum quód aer auditui eſt maximè neceſſarius: alteum veró, quód talis aer eſt ab aere extrinſeco diſtinctus, cuius ſignum aſſerit eſſe cum Philoſopho, quoniam quando ponimus manum ad aurem conprimendo, ipsã, velut cornu, tintinnire ſentimus. Ad quod fortè dici poſſet, illud prouenire; quoniam aer externus, ob manus obſtaculum in aure clauſus, ui titinnitum reddit. Alb. igitur ſequens, inquam; talem aerem ad benè eſſe conferre. i. ad facilè quoſcunq; ſonos audiendos: quomodo Philoſophus etiam tutus *2. ani. T. 84.* redditur, & nō eſſe neceſſarium ſimpliciter, quoniam re ipſa uidemus aliquem etiam pice aures habentē obturatas, ita ut ille aer penitus deſtruatur, audire ſonu alicuius inſtrumenti; dúmodo extremitatem eius dentibus accipiat, maximèq; ſtringat: & hoc propter neruorom contiguitatem, & contactum ad ſenſum communem. Ad vltimum dici *loco iam citato.* poteſt, ſecundum eundem Alb. quod ſonus in externo primó recipitur aere, qui intentionaliter interiorem mouet aerem; hic autem neruū illum tangit, imprimitq; ſoni ſpeciē in ipſo; vnde parū refert, an aer elementaris ſit ille, mixtumue aliquod. Alij verò, quorum opinio quibuſdam magis placet, ſonum dicunt in medio duplex eſſe habere

poſſe,

poſſe, reale ſcilicet, ac intentionale. Reale quidẽ in ea duntaxat aeris parte, in qua aer comprimitur, & ab ipſa ſonus per aliquod ſpatium defertur, quouſq; aer quieſcat ceſſante vi motiua, qua aer tractus reſileat: & tunc ex ipſo reali ſono intentionalis ſpecies ad auditum vſq; producitur. Quare duas concedunt ſpheras, per quas multiplicatur ſonus: alteram, per quam multiplicatur realiter; alteram verò, per quam ſolum intentionaliter per ſuas ſpecies. Et ſi contingat auditum eſſe in prima ſphera; tunc ſonus realiter ab aere moto uſq; ad aerẽ defertur, ubi ſoni ſpeciem intentionalem producit, qua ſimul cum ſenſorio mutatur auditus. Si verò in ſecunda ſphera; tunc ſonus non realiter, ſed intentionaliter ad auditum perueniet. Quòd autem ſonus in aere iſto medio aliquando eſſe habeat intentionale, eo probatur; quoniam ſonus auditur aliquando remotiſsimo in loco factus; vti belli de ſtrepitu euenit, qui triginta per millia paſſuum auditur perſępe; vnde veriſsimile non videtur aerem ꝑ tantum ſpatium moueri, illamque ſoni realem qualitatem deferre. At quód nec ſolum intentionale, ita manifeſtatur; ſi ſonus enim intentionaliter ſolummodo, non autem realiter multiplicaretur; tunc vento flante auditio non impediretur; ſicut nec viſio detinetur. Quòd ſonus deni

que priuſquam ſui ſpeciem producat intentionalem, realiter per aerem feratur, illud clarũ reddit, quoniã fit ſemper aliqua mora priuſquam ſonus audiatur; prius enim ictus à longè videtur, quã ſonus percipiatur, quoniam ſpecies intentionales in inſtanti producuntur; qualitas verò non in inſtanti, ſed in tempore deferri valet per medium, pręcipuè ab aere ſi reflectatur.

Dilucidatio eius quod primo top. habetur; accidens ſcilicet eſt quod ineſſe, ac non ineſſe contingit.
cap. 32.

cap. 4. HAbita loci huius explicatione; quomodo proprium ab accidente communi ſeiungatur inſpiciemus. Ad primum; sẽſus, non eſt quòd accidens naturaliter ad ineſſe, vel nõ ineſſe ſit indifferens ex parte ſui; ſed ratione ſubiecti, quod abſq; hoc, vel illo
6. met. T. 5. cõmuni accidẽte eſſe poteſt. Vel ſenſus eſt, quód accidens cauſam inhęrentię neceſſari
T. 19. am nõ habet. Confir. primo enim poſt. habetur; accidẽtia, ſupple cõmunia, neceſſaria non ſunt, ideſt ſubiecto neceſſariò nõ inſũt,
T. 2. 8. & primo phyſ. accidens ineſſe, ac non ineſſe poteſt. Ne credas cum aliquibus accidens quoque proprium ibi definiri; cum eius alia ibidem tradatur definitio; neque cum alijs

eam

eam non niſi verbis ab illa Porp. diſtare, in qua dicitur; accidens eſt quod adeſt, & ab eſt prӕter ſubiecti corruptionem; ibi nãque, inhӕrentiӕ cauſa non attenditur, ſicut hic, cӕterum quӕdam ad ſubiectum habitudo ſolummodo, quare ſtatim legitur, & ſemper eſt in ſubiecto ſubſiſtens, ideſt inherens, ſicut penes Philoſoph. accidentis eſſe eſt in eſſe. Vbi duplicem aduerte accidentis inhærentiam, actualem ſcilicet, nec nõ habitualem: non eſt prior de accidentis aſſentia; cum exiſtentia de nullius ſit eſſetia: neq; habitualis, contra nonnullos; cum relatione importet, quӕ de accidentis eſſentia, ſaltem abſoluti, minimè eſſe poteſt. Dices eſſe, in, relationem non importare; ſed vtiq; eſſe, ad; difficultas tamen remanet, quoniam habere potentiã ad inhӕrendum, potentiaue ipſa relatio dicitur: immo, cum eiuſdem ſit actus, cuius eſt potentia; ſi actualis non eſt de accidẽtis eſſentia, neq; habitualis profectò erit. Dicendum igitur eſt, quod à ſubſtantia dependere de accidentis eſt eſſentia; ſumendo dependentiam non formaliter, cum ſic per relationis modum exprimatur; verum fundamentaliter, ideſt pro ente incompleto; eſſe namq; incompletum ens ad completũ dependentiam dicit. Confir. habetur ſeptimo, & duodecimo met. accidentia non ſũt entia, ſupple per ſe ſubſiſtentia; ſed entis en-

7. met. 4. & 12. 3.

T. 2.

T. 3.

tia, ideſt à ſubſtantia dependentia. Conueniunt utiq; definitio à Phi. tradita, & illa, quę à Porp. ponitur; quoniam aliquo cum diſcrimine mutuo ſe inferunt; vnde dicitur à priori. accidens eſt quod eidem ineſſe, & non ineſſe contingit, ergo adeſſe, &c. à poſteriori autem, poteſt adeſſe, & abeſſe; ergo ineſſe, ac non ineſſe contingit. Alteram retinet conuenientiam; cum de accidente poſitiuo; non priuatiuo: perfectiuo, non deſtructiuo uerificentur; nec non de eo denique, cuius abſentia, uel pręſentia ſubiecto nō repugnat. Alia celebris accidentis definitio ita ponitur ab Ariſt. Eſt ens in ſubiecto, ut non ſit pars eius, nec poſsit eſſe ſine eo. Dicitur ens, diminutum reſpectu ſubſtantię ex primo phys. ubi habetur, quod uerè eſt.i.ſubſtantia nulli accidit; è conuerso igitur quod accidit alicui nō eſt uerè ens, ſicut eſt ſubſtantia: quod intelligas vniuocè accidēs ſumēdo; ęquiuocè nāq; nō eſt incōueniens, ut accidens in vno ſit in alio ſubſtantia. Additur; in ſubiecto, ſupple in actu, propter formas ſubſtantiales, quę, cum enti adueniant in potentia, accidentia minimè dici poſſunt; & quamuis vnum accidens alterius accidentis ſubiectum eſſe valeat; intelligas in vno tertio, in ſubſtantia ſcilicet; vnde ſuperficies non eſt albedinis ſubiectum, niſi in lacte, niue, &c. Hęc eſt explicatio Ariſt.

diuis. 1. ante prę dic T. 26.

Ariſt. quarto met. dicentis, accidens accidenti non accidit. Vt non ſit pars eius, dicitur poſtea, per quod eſſendi, in, quidam excluduntur modi, quibus pars in toto, in parte totum: genus in ſpecie; & in genere ſpecies eſſe dicuntur. Ponitur vltimo, nec poſsit eſſe abſq; eo, ſupple naturaliter, vti dictum eſt. Vel forte ita dixit, non quòd accidens, abſolutè loquendo, non poſsit exiſtere ſine ſubiecto, ipſi namq; ueritati repugnaret; ſed quód, uti actu inhęrens, fieri nullo pacto poteſt, ut extra ſubiectum reperiatur; eſſet enim inhęrens, ac non inhęrens cum contradictionis implicatione. Nec impedit, quòd eſſe natura prius ſit, quàm alicui ineſſe, cum tempore ſaltem illud hoc non pręcedat. Vel intelligas ita ibi dici, modos alios eſſendi, in, excludendi gratia, ſecundum quos effectum in efficiente dicimus eſſe, locatum in loco, &c. Continetur ſub iam explicata definitione accidens cuiuſcunque generis; dummodò propriè ſumatur, ideſt pro quodam ente contra ſubſtātiam predicamentalem accepto; diuidit .n. ibi Phi. ens in ſubſtantiam, & accidens, quā diuiſionem intelligas de reali ente extra animam, & in actu, in ſubſtantiam completam, & accidens completum, quod ideo dicitur; quoniam inſufficiens aliter diuiſio eſſet; cum generatio, ſecundum Auer. quod [illegible] ſit medium T. 14. 1. Cel. com. 9.

medium

medium inter ſubſtantiam, atque accidens, ideſt ſubſtantia incompleta, & in fieri. Accidens incompletum etiam, uel in fieri reperitur, in ſubiecto formam ſubſtantialem præcedens; & in materia tantum radicatum, ut caliditas ignis materiam ſubſtantialem ad eius formam diſponens, quę per aduentum ſubſtantialis formę determinatur poſtea, & in cōpoſito, ideſt in materia forma iam ſubſtantiali actuata collocatur. Ad ſecundum principalę iam propoſitum dicitur; quòd proprium quadruplex ab Aphrodiſ. ponitur: aliquod enim quadam cum affectione conuertitur; ut caliditas in ſummo reſpectu ignis: ſecundum in actione poſitum eſt, ut Cęlum orbiculariter ferri: vel relationem reſpicit; vt parem eſſe numerum, vel imparem: quartu, vltimumq; eſt, de quo hic intenditur, apticudinem importans, vt hominē eſſe riſibilem; & à Porph. ita deſcribitur, Eſt quod omni, ſoli, ac ſemper conuenit: & de re, cuius proprium eſt, conuerſim prędicatur. Ab Ariſt. loco iam citato, deſumpta eſt deſcriptio aliqua cum diuerſitate; apponit enim Ariſt. quod proprium q.d. eſt eſſe non indicat, quam particulam Porph. reliquit, cum iam in fine cap. de diffe. te tigiſſet eam; iniungit utique ipſe ly, omni, & ſemper, quę particulę in poſtrema parte Por. deſcriptionis implicitè continentur.

1. top. ſu per c 4

Multi-

Multipliciter proprium ab accidente com-
muni poſtmodùm ſeiungitur; origine primò
cum in naturali cõpoſito materia formam,
compoſitum hęc pręcedat, proprium im-
mediatè ſequatur, & vltimò determinatum,
communeq; accidens aduenıat. Sumas hinc
pręḍicabilium propriè ſufficientiam, habi-
ta proportionis ratione inter materiam, &
genus: formam, atq; differentiam, &c. Se *ex Porp.*
iungitur ſecundò, quoniam accidentis pro- *cap de*
prij demonſtratio eſt, minimè autem com- *d ff.*
munis. Vbi contra nonnullos ex Latinis ad
uerte, quòd accidentis proprij non, quid,
ſolum pręcognoſcitur, ſed quia, etiam .i.
eius exiſtentia in rerum natura, alterum .n.
quia, ſuo ſcilicet præciſo ineſſe ſubiecto, dè
monſtratur. Non obſtat, quód accidentis *2 poſt.*
non ſit definitio, neq; demonſtratio per con *T. 15.*
ſequens; cum definitio ſit principium, idest *6 .top c.*
medium: aut concluſio demonſtrationis: aut *1. & 1.*
tota demonſtratio ſola poſitione, idest ter- *poſt.*
minorum locatione differens. Primò nan- *T. 36.*
que dicitur, quòd accidentis in concreto .i. *1. poſt.*
accidentis aggregati ex accidentali forma, *T. 36. &*
eiuſq; ſubiecto, quod ſubſtratum ſecus nũ- *6. met.*
cupatur, non eſt definitio; cum non ſit vnũ *T. 6.*
ens eſſentialiter. Vel, accidentis non eſt de
finitio, niſi per additamentum; ut euenit de *7. met.*
ſimitate; naſum, uti differentiam in ſua defi *T 19.*
nitione locandam, concernente. Seu, acci

dentis

dentis coppulati; ut imparis numeri, non eſt propriè definitio. Accidentis, ſecus, quod nõ eſt in aliquo determinato predicamẽto, definitio non eſt, ideſt dificilè inuenitur; de
3. *phys.* motu uti euenit. Secundò dicitur, quód ac
T. 15. cidentis communis nulla eſt demonſtratio; utiq; autem proprij, iamque dictũ eſt. Vel, non eſt demonſtratio propriè; ſumas tamen accidens pro re ipſi accidẽtalitati ſubiecta; non autem pro ipſa accidentalitate contra perſeitatem diſtincta; cum ita de ipſo quoque ſcientia, prçisè etiam ſumpta, habeatur. Seiungitur tertiò, quoniam accidens proprium à principijs fluit ſpeciei intrinſecis, quo dicitur eſſentiale, ſecundum per ſe dicendi modum conſtituens; at accidens commune à principijs fluit indiuidui; non formalibus, eſſentialibusue; uerum à materię conditionibus; qua de re proprium, ſaltem ſpeciei non efficitur; ut naſi eſt ſimitas, aliuduetale, in ſingularibus primò, poſtea
1.*met.* in vniuerſalibus repertum. Et quamuis detur aliquod accidens totam ſpeciem inſeparabiliter inſequens, ut nigredo eſt reſpectu corui; commune tamen appellatur prçisè; quoniam ſi non re; intellectu ſaltem, à ſubiecto ſeparari ualet. Quartó ſeparatur cõ ſequenter, quoniam commune accidens uerò intellectu à ſubiecto ſeparari poteſt, non autem ꝓprium; illud enim uti diſperatum,

ab eſſentiaq; minimè fluens conſiderari poteſt, nō autē aliud; immo nec ſubiectum cū eius oppoſito: aut, quòd accidens commune, nigredo .ſ. coruo non repugnat quantū ad ſuam rationem definitiuam; uelut homini obſtat ſuę oppoſitum eſſentialis paſsionis. Dices, ſi coruo non repugnat ex ſui ratione, ut ab ipſo nigredo ſeparetur, de facto igitur ſeparari poteſt. Primó negatur conſequentia, quoniam repugnantia realis, actu alisq; ſeparationis à cauſa prouenit nobis occulta. Secundó conceditur conſequentia in ordine tamē ad causā primā, omnia ſine cōtradictione potentē, ut in ꝓpoſito; nullo n. modo repugnat coruū dici albū: qnimmò Terminiſtę hoc etiam abſolutè concedunt. Quintò ſegregatur ſimiliter, quoniam proprium abſq; ſubiecto definiri nequit, commune autem accidens vtiq; inſeparabile. n. quamuis ſit ab indiuiduo; non tamen à ſpecie; & non eſt opus in diffinitione illud ponere, quod eſt reſpectu ſpeciei ſeparabile. Sextó differt, quoniam accides proprium in vnica tantum reperitur ſpecie, ob quod ita nuncupatur; alterum verò ſpeciem non retinet determinatā, & à pluribus cauſis ſuo in ſubiecto variabiliter cauſatur, & commune ideo nominatur. Dices, accidens quodlibet proprium habet, determinatumq; ſubiectum. Gloſa; indiuidualiter, naturaliterq;,

non autem in communi, vel ſupernaturaliter. Aliter dicere potes, quòd accidens proprium hoc ſuperaddit, ut ſubiectum non ſolum inhęſionis habeat, ſicut commune; ſed illudmet etiam in genere cauſę efficientis. Seiungitur ultimò, prout iam recordor, ex eo quia proprium in abſtracto ſi ſumatur, in ſecunda qualitatis ſpecie reponitur; in concreto veró propter maximam cum ſubiecto connexionem, concomitanter cum ipſo eodem in prędicamento collocatur. Ne cōcedas alicui concretum accidentale non niſi formam importare, ob illud Ariſt. album .v. aliud nihil ſignificat ipſam pręter qualitatem; ſumit ibi namq; Phi. concretum pro abſtracto, de more gręcorum, iam uti dictum eſt: uel concretum, non pro ſignificato; pro ſignificandi modo vtiq;, aliorum vt explicationem recenſeam. At commune accidens, vagum dummodò non ſit, inſtar motus, uel in genere eſt, uel genus ipſum determinatè conſtituit ex nouem ad ſubſtantię genus conſequentibus; ubi nota, quòd nullum accidens in predicamento reponeretur, niſi ſaltem ex duobus eſſendi gradibus componeretur formaliter diſtinctis, quorum alter potentialis exiſtat, actualis uerò alter: primus ex generali eſſēdi modo deſumitur, ſecundus verò ex diuerſitate principiorum, à quibus cauſatur; ſiue ſubſtantię ſint illa,

prędic. qual. dub. 3.

3. phyſ. T. 4.

acciden

tiaue. Et quoniam principia huiuſmodi ſępe nobis ignota ſunt, ideo perpaucas accidentium differentias cognoſcimus. Quomodo accidentium prędicamenta ſubſtantię ad prędicamentum, ſufficientię ratione, ſe habeant vide ſupra; ſuſcipe hic quomodo quoque ordine ſe mutuo reſpiciant originis ratione, & dicas, quód ex eo, quia ęqualitas, & inęqualitas, quę relationes ſunt, quãtitatem intrinſecè ſequuntur, ideo ſequitur predicamẽtum ad aliquid poſt quantitatẽ, & quia per inęqualitatem agentis ad paſſum ſequitur motus, vel actio vnius rei ad aliam, perquam qualitas acquiritur, ſequitur ipſa qualitas. Quoniam autem ex actione primarum qualitatum actio prouenit, & paſsio, ideo talia ſequuntur pradicamenta. Et quia motus non niſi fit in tempore, & localis, qui prępcipuus eſt, in loco tantum, id eo quando, & vbi ſequuntur. Et quia differentię loci ſunt ſurſum, & deorſum, &c. ſequitur propterea ſitus predicamentum. Et quoniam in ſitu vna res alteri adiacet, ideo vltimum ſequitur predic.

Qui enim ens conſiderat, genera quo-
que entis, quę decem ſunt,
conſiderare debet.
cap. 33.

T. 2. & 6. ITA colligunt nonnulli ex quarto met. p id oſtendere volentes Predicamentorũ librum methaphyſicum, & non logicum eſſe. Ipſe veró, libri eiuſdem inſcriptione cũ auctoris intẽtione declarata, oppoſitum clariſsimè oſtendam; locum deinde, explicationi propoſitum, dilucidabo. Ad primum; in prefa. predica. Plotinus, vt Simplici. refert, lib. de generibus decem inſcripſit; Adraſtus verò Aphrodi. antetopica, quaſi ſolam topicam ille liber immediatè pręcedat. Vtrunq; idem repręhendit; primum ſcilicet, quoniam ad ſcopum logicę facultatis non aſpexit; ſolũ modò autem ad res ipſas, in prędicamento, ſupple reponibiles: ſecundum uerò; quoniam uelut propoſitiones, ex quibus fiũt ſyllogiſmi, illos pręcedunt; nõ ſecus uoces ſimplices propoſitiones ex ipſis compoſitas anteire debent. Conatur utiq; ipſum aliquo defendere pacto probabilia dicens, quibus de agitur in top. neceſſaria, doctrinę ordinę, pręcedere, de quibus reliquis tractatur in libris. Huic tamen patrocinio ſeſe Auer. opin proe. 1. poſt ponit, dum ait. Non ita ſe habet, quòd quẽadmodũ melius eſt, ut inquiſitio dialectica

demonſtra-

demonſtratiuam pręcedat; ita cognitio propoſitionum probabilium cognitionem antecedat propoſitionum uerarum. Senſus eſt, quòd circa aliquam concluſionęm diſcurrendo, probabilibus illam prius, neceſſarijs poſtmodum rationibus claram reddere debemus, ex phi. conſuetudine 1. phys. diffusè, alia infinita fere loca ut miſſa faciam, de rerum naturalium principijs cum ueteribus diſputationem habentis. At ſyllogiſmi pręmiſſarum cognitionem tradere uolẽtes, pręmiſſarum conditiones ſyllogiſmi neceſſarij prius, quàm probabilis oſtendere debemus. Ratio fortè, ni fallor, hęc eſt; quoniam in logica regulę; pręſertim, tradũtur ad propoſitiones cognoſcẽdum neceſſarias, atq; probabiles, quę ſeorſum tradi poſſunt, ideſt abſque ulla inter ipſas in pręcedendo dependentia penes ordinem doctrinę, ideſt ratione ſuppoſitionis, uel facilitatis, quod ita oſtenditur. Neceſſarium, dummodò ſuppoſitionis non ſit, omnem excludit contingentiam; quare quinto met. legitur; neceſſarium eſt quod alio modo ſe habere non poteſt: clarum eſt, deinde, cognitione perfecta neceſſaria facilius, quàm contingentia percipi; cum cauſam priora determinatam habeant; non autem ſequentia. Cęteris paribus tertius ordo doctrinę locum habere debet, ſecundum quem nobiliora pręferri de-

T.6.
1 poſt.
T.54.&
4 met.
T.25.

T.66. bent; ex Ariſt.ſecundo de ani.ubi de uiſu pri
us, quam de alijs ſenſibus agit. Pro huius
rei clariori notitia duo apprimè ſunt aduer-
tenda. Primum eſt, quòd quando Auer.prę
miſſas demonſtrationis ueras appellat; ſyllo
giſmi uerò dialectici probabiles, vult innue
re quòd hę non ſunt uerę ſimpliciter, ideſt
neceſſarię ſimul, neçeſsitate ſimpliciter, &
T.54. abſolutè ſumpta; ſicut illę. Ex Ariſt.dedu-
citur; habetur enim primo poſt. ſunt autem
quędam uera, quę contingit aliter ſe habere
ideſt ueritas etiam in pręmiſsis probabili-
bus, quę in materia fiunt contingenti, & opi
nionem generant, aliquo modo reperitur,
ideſt non perfectè, ſicut in pręmiſsis demõ
cap.7. ſtrationis, quę fiunt in materia neceſſaria, &
T.4. ſcientiam inducunt. Manifeſtatur clarius
per id, quod legitur primo periher. veritas
ſcilicet, & falſitas non eſt ſic in futuris con
tingentibus, vt in alijs. Iterum legitur ſecũ-
do metaph. Verũ ſine cauſa nõ eſt, ergo ſi
1. pari- cut reperitur cauſa contingens, & neceſſaria,
her. cap. ita veritas contingens, & neceſſaria: prima
8. poteſt alio modo ſe habere; ſecunda verò
T. 6. minimè. Non igitur à ſyllogiſmi topici
præmiſsis omnem veritatem Auer.exclude-
re voluit, ſed illam, de qua dictum eſt. Quòd
autem demonſtrationis prępmiſſę neceſſarię
ſint abſoluta uecеſsitate, docet Ariſt. quin-
to met. inquiens; demonſtratio neceſſarioũ

eſt,

eſt,quia non cõtingit aliter ſe habere quòd demonſtratum eſt ſimpliciter; igitur impoſſibile eſt aliter ſe habere ex quibus eſt ſyllogiſmus, ideſt concluſio demonſtrationis ſimpliciter eſt neceſſaria neceſsitate abſoluta, ergo eiuſdem demonſtrationis pręmiſſæ eadem ſunt neceſsitate neceſſariæ. Huiuſmodi tamen conſequentia, niſi benè intelligatur, multum roboris non videtur habere, cum ex contingentibus etiam præmiſsis concluſio ſęquatur aliquando neceſſaria; ut omne ambulans eſt homo, aliquod animal eſt ambulans, ergo animal aliquod eſt homo: immo ex falſis; vt omnis lapis eſt animal, omnis homo eſt lapis, ergo omnis homo eſt animal. Aliqui dicunt, quòd concluſio neceſſaria, vt plurimum, & de ſui natura non colligitur niſi ex neceſſarijs, ſicut vera ex veris; per accidens veró, & ex noſtro colligendi modo tantummodó, etiam ex falſis, & contingentibus. Solidatur, inquit enim Ariſt. primo poſt. quòd ſcire eſt rem per cauſam cognoſcere, propter quam res eſt, ideſt per cauſam, quę non ſolum in inferendo, vel in cognoſcendo; ſed in eſſendo atiam cauſa exiſtat, cuiuſmodi non ſunt prępmiſſæ contingentes reſpectu concluſionis neceſſarię; ſunt enim in inferendo tantummodò. Ita Philoponum intelligas vbicunq; dicentem inueneris, quòd pręmiſſę

Auer. 1. poſt. com. 10.

1 prio. cap. 1. T. 5.

Et Themiſt. 1. poſt. c. 4.

demonſtrationis non ſolū debent eſſe cauſa ſcientię, ſed etiam rei ſcitę; vnde animal rationale non ſolum eſt cauſa quód riſibile inferatur de homine per neceſſariam inhęrentiam; ſed etiam quòd in rerum natura ſuum eſſe habeat, quamuis in alio. Breuius tamen illius vis conſequentiæ ab alio Ariſt. lo-
1. poſt. co, & clarius ita valet haberi. Neceſſarium
T. 7. eſt ſcibile, quod eſt ſecundum demonſtratiuam ſcientiam: demonſtratiua autem eſt, quam habemus, eo quod demonſtratione habemus, ex neceſſarijs igitur ſyllogiſmus eſt demoſtratio. Ideſt, demonſtratiua ſcientia per demonſtrationē habetur, quòd ſcitur demonſtratiua ſcientia eſt neceſſarió ſcitum, ergo demonſtrationis prēmiſſę ſunt neceſſariç; quoniam prēmiſſè contingentes neceſſariò ſcire non faciunt. Idem apertius infra legitur, uidelicet. Quoniam igitur ſi ſcit demonſtratiuè, oportet ex neceſsitate ineſſe, manifeſtum quoniam & per medium neceſſarium oportet habere demonſtrationem, aut non ſciet; neque enim
T. 18. propter quid, neque quia. Aduertendum eſt ſeundò quod vbicunq; aliqua dictio de pluribus analogicè verificatur, ſimpliciter
4. met. ſi proferatur, de nobiliori ſub ipſa contento verificatur, quoniam cætera habent ad
T. 2. illud attributionem; vnde hęc dictio, ens, ſimpliciter prolata de ſubſtantia verificatur

ſicut

ſicut hęc uox, ſillogiſmus, de demonſtratio ne. Ad rem nunc reuertendo, alterum dicit ſimplicius, quod neque mihi ſatis probatur, videlicet quòd operis inſcriptio ſemper in recto fieri debeat; pręter id .n. quòd Ariſt. nonnulla volumina in obliquo uidentur inſcripta; clarum eſt etiam, quòd inſcriptio, vt plurimũ, adęquare debet omnia in libro conſiderata, ſubiectum ſcilicet paſsiones, principia, & partes eius; circa quæ omnia fi eri nequit vt ars ſemper in recto verſetur. Vt res hæc denique ſuo fini tradatur, inſcri bitur, liber (Ariſtotelis Categorię) Dicitur Ariſt. ad differentiam categoriarum Archytæ, nec non aliorũ philoſophorum; alij namque fuerunt philoſophi, qui categorias ſcripſerunt præter Archytam, & Ariſt. vt Ammonius refert. Categoriæ, ideſt predicamenta, quamuis pęnes grecos categoria idem ſonet, quod iudicialis contentio. Placuit nihilominus ita inſcribere, non ea ratione, qua Craſsius, referente Simplicio, fu it arbitratus, ſed quoniam nomina rebus nõ adęquantur, neque habent eandem naturã, eundemq; ordinem ea, quę ſignificantur, cum his quę ſignificant; ſed à rebus nominum ſignificatio longè ſuperatur; & ſic phi loſophis, rerũ ingnotarũ qui ſunt interpręſtes, licet nouis verbis vti, vel ab vſu cõmuni alienare, ad aliaq; ſignificãda deuoluere.

1. poſt T. 5 & 5. met. T. 6.

1. poſt. T. 69.

ſuper pc. Porp. eodẽ loco

Inſcribitur, predicamenta, ut iam dictum eſt; propterea notandum eſt primò, quód predicamentum duobus capitum modis. Primò pro pluriū ſerie predicatorum; ex Ariſt.
1. regu. in antepredic. dicente, quando alterum de altero predicatur uti de ſubiecto, &c. ubi docet Phi. quomodo predicamentalis linea debeat ordinari, & per conſequens quo pacto naturalis conſtituatur predicatio; nec non à primo antecedente ad ultimum conſequens uti recta ſit conſequentia. Ex primo etiam
T.35 poſt. aſſerente; predicata, ſupple in recta linea, non ſunt infinita nec ſurſum, nec deorſum; nō ſursū qm̄ vnū ſtatuendum eſt ſupremum genus in recta linea, non deorſum; quoniā in ultimis, ac infimis ſpeciebus qui
Porp. c. de ſpeci. eſcere oportet. Secundò pro ſummo predicato in aliqua recta linea, ſupra quod non ſit aliud vniuocum predicatum, & omnia in eadem linea predicata ſibi ſubalternentur. Ex
T.14. eodem habetur Ariſt. ſi benè intelligatur, quarto met. dicente, Prędicata omnia, ſi ſecundum accidens eſſet, nullum eſſet vniuerſale primum, & ſic eſſet ire in infinitum: ergo in predicatis eſſentialibus datur vniuerſale primum, quod ita predicatum ſit, ut nullatenus, vniuocè, ſubiectum eſſe poſsit. Si predicamentum primo ſumatur modo, liber non niſi, predicamenta, valet inſcribi; at ſi ſecundo modo, etiam predicata, pro il-

lis

lis predicata ſumendo, quę vniuocè non niſi predicata eſſe queunt; & quamuis predicatum, & predicamentum idem ſint, generaliter loquendo, non omne tamen predicatum, cum ſupremum quodlibet non ſit, prędicamentum dici valet. Secundò eſt aduertendũ, ꝙ quamuis dicti libri tres pręcipuę ſint partes; prima tamen; ideſt antepredicamentalis, & tertia ideſt poſt predicamentalis ad ſecundam, velut in finem, neceſſariò ſunt ordinatę; vnde facilè crederem à fine, vel à nobiliori parte, librum eiuſmodi ſumpſiſſe inſcriptionem. Ad ſecundum, omiſſis aliorum opinionibus, quas apud ſimplici. videre vales, reſolutè dicitur, quòd auctoris intentio terminatiuè, uel exequutiuè .i. in actũ ut exit, ideſt res in lib. tractata, idẽ .n. ſunt .i. ſubiectum libri predicamẽtorum, modo expoſito, ſunt voces ſimplices res ſimplices medijs cõceptibus ſimplicibus repræſentãtes. Dices, ergo tria eiuſdẽ libri ſubiecta erunt; uoces nempe, res, & conceptus. Dicitur vnum tantum eſſe ſubiectum, voces .ſ. non ſimpliciter, ceterum quatenus reſpectum habent ad res interueniente cõceptu. Nec mirum hoc uideri debet; quoniam hęc tria, uoces, res, & conceptus maximam inter ſe connexionem habent; ita ut voces ſint cõceptuum interpretes, & conceptus rerum ſimulachra exiſtant. Poſſet fortè addi eiuſ

1. *Cęli.* *T. 116.*

modi

modi voces,non ſimpliciter eſſe ſubiectũ in tali tractatione;ſed quatenus inter ſe ordinabiles sũt iuxͣ ſubiectionẽ &predicationẽ:vel, ut alij dicũt, ſecũdũ ſub,& ſup in recta ſerie predicamentali. Pro tertio iam hęc ponitur concluſio. Liber predicamentorum eſt

1.top.c.1 pars Logicę. Probatur primò;illud eſt rationi conſentaneum, quod omnibus, aut pluribus uidetur ſapientibus, & pręcipuis. Sed omnes ferè Græci, Arabes,& Latini, uiri quidem omnibus pręferendi, hunc librum ad logicam pertinere iudicarũnt Ergo logicę pars eſt reputandus. Minoris probationem uideas apud Simplicium. Secunda ꝓbatio ex fine ipſius logicę deſumitur, quem uarij uariè conſtituunt. Quidam .n. aiunt logicę finem eſſe, ut uerum à falſo ſecernat; diminutè loquuntur nihilominus, cum non exprimant an in ſeipſa tantúmmodó, uel etiam alijs in ſcientijs; & nunc effectiuè ne, an directiuè potius; cũ priori modo quælibet in ſeipſa uerum à falſo ſcientia diſcernat. Dicunt alij nonnulli finem logicę ibi conſtitutum, atq; locatum eſſe, ut modum diſſerendi prębeat; ſed hi quoque confusè loquuntur; cum rhetorica etiam, ſuo modo, diſſerendi pręcepta largiatur; & non quęlibet pars logicè diſputandi præcepta oſtendat:& quando dicitur, quòd logica eſt ars diſſerendi, pro vna ipſius parte,

idest

ideſt pro topica ſumi debet. Aſſerunt aliqui poſtremò, eò logicus tendere, ut ſciendi præcepta, & inſtrumenta nobis oſtendat; quando poſteriorum reſolutionum libri nobis eſſent ſatis, inaneſq; cæteri remanerent. Dicendum arbitror finem intrinſecum logicę, qui finis quo à quibuſdam nominari ſolet, eſſe ut inſtrumenta ſciendi, uel cognoſcendi conficiat; finem uerò extrinſecum, officium ſecus ab Ariſt. nuncupatum, poſitum ibi eſſe, ut per talia inſtrumenta dirigat intellectus noſtri operationes in rebus ipſis cognoſcendis: uel alijs in ſcientijs ut rectè procedamus. Pro clara tamen cognitione tria per ordinem ſunt aduertenda. Primũ, quòd facultas eſt duplex; nẽpe principalis & inſtrumentaria: finis principalis eſt res cognoſcere omnes, & illo frui: inſtrumentarię uerò de extrinſeco loquendo, eſt dare modum principali illam adiuuãdo, ut benè finem ſuum aſſequatur. Per hoc fit clara propoſitio, in qua dicitur; finis facultatis eſt, quem illa conſequi poteſt. Secundũ, quòd inſtrumenta ſciendi, uel cognoſcendi per ſe, principaliter, & neceſſaria duo tantum ſunt demonſtratio, ſcilicet, ac definitio; quoniam quicquid ſciri ualet ſubſtancia eſt, aut accidens: prima definitione, ſecundum demonſtratione cognoſcitur. Vel duę tantum operationes intellectus per ſe ꝑficiuntur,

1. rhet cap. 1.

2. met T. 15. 1. top. cap. 2.

1. de ani. T 4. 1. po T 2 & 1. me. T. 48.

ficiuntur, aſſentiri uidelicet, & apprẹhende re: prima per demonſtrationem, non tamē reſpectu primorum principiorum, ſecunda per definitionē redditur perfecta. Dantur, inſupèr, inſtrumenta operationes intellectus in ſcientijs adiuuantia; vt diſtinctio, vel diuiſio: argumentatio in communi; & methodus. De diuiſione, ac methodo multa ſparſim, & permiſtè apud Ariſt. habentur: de argumentatione autem prioribus in reſolutorijs diffusè habetur ſermo. De dẹmonſtratione denique in primo lib. poſt. ſicut de diffinitione in ſecundo; non in ordine ad demōſtrationem, tamquam de eius medio, ſed vt eſt alterum ipſa inſtrumentum ſciendi ac dictum eſt, verba fiunt. Ita clarum redditur, medium demonſtrationis ſunt prẹmiſ-
T. 18. ſẹ demonſtrationis, vt apertè dicit Ariſt. i.
T. 5. poſt. ibi; quoniam per medium neceſſariū, ideſt per prẹmiſſas neceſſarias oportet habere demonſtrationem: & ibi; præmiſſæ cauſa debent eſſe concluſionis, quoniam tunc ſcimus, cum cauſam coſgnoſcimus; de quibus præmiſsis exactè agit eod. in lib. quare ſuperfluus eſſet in ſecundò, principaliter eadem de re eodem ſub reſpectu ſi verba faceceret. Dices, præmiſſæ demōſtrationis maius continent & minus extremum, ex quibus conflatur concluſio; & vlterius medium terminum, qui non poteſt eſſe, niſi ſubie-

cti, vel prædicati eiuſdem concluſionis definitio, vti iam ſuperius demonſtratũ eſt, &c. Reſpondetur quód apud phi. principium, quòd actualiter demonſtrationem ingreditur, medium, & definitio pro eodem ſumi ſolent in 1. poſt. cum de primo igitur ibi diffuſè, completèq; agat, de alijs quoq; agere eſt exiſtimandus, immo plerunq, ſub proprio etiam definitionis nomine de eodem principio loquitur. Inſuper, diffusè oſtendit idem eodem in lib. demonſtrationem ex proprijs conſtare debere, & ex ijs, quę ſunt per ſe, ideſt debet oſtendere primum prædicatum de ſuo primo ſubiecto, ideſt propriã paſsionem de ſuo proprio, immediato, & adæquato ſubiecto per mediũ propriũ, præcisũ, & adæquatũ. i. quòd ſit immediata cauſa, p ſe, & præciſa vt illa paſsio xiſtat, & ſuo ſubiecto infallibiliter, adæquateq; inſit, quod mediũ nõ poteſt eſſe, niſi ſubiecti, vel paſſionis definitio; hac tamẽ de re tot alibi dicã contrariũ vt ſentientes palinodiã aperte canãt. Hic ſolũ, pro intelligẽtia dicatur, quòd primũ ſubiectum, ſecundũ phi. primo poſt. T. 14. eſt, quo poſito, remotis quibuscumque alijs, ponitur paſsio: & quo remoto, alijs quibuſcumq; poſitis, non ponitur paſsio ideſt quo poſito immediatè ponitur paſsio: & quo remoto ſtatim, vel immediatè paſsio remouetur. Vnde poſito triãgulo, ſtatim

cap. 7. eod lib. cap 4. & 5.

ſtatim ponitur eius paſsio: poſita veró, vel remota figura minimè. Per eundem textũ duo probantur, quamuis alij non viderint; alterum, quòd illud eſt immediatum principium alicuius conſtitutiuum, quo poſito illud etiã ſtatim ponitur: quod Scoto pro principio indiuiduationis fauet; poſita enim materia, vel forma, non ſtatim ponitur indiuiduum; ſed vtiq; poſita hecheitate. Alterum, quòd ſola forma ſit tota quiditas; nam paſſio fluit à quiditate ſubiecti; ſi igitur in triangulo præter figuram non eſt, niſi eius forma: ſi iam deſtructa figura illa paſsio immediatè non tollitur, ergo ſola forma eſt tota quiditas. Ad hoc tamen dicitur, præter ea, quæ proprio in loco dicta ſunt, quòd quamuis differentia ultima, quæ eſt idem cum forma ſpecificante, ſit paſsionis immediatum principium; ita ut in reſolutione poſtrema remaneat reſpectu eiuſdem paſsionis; non propterea tota rei quiditas eſt appellanda; cum ſuperiores differentias eſſentialiter includat, & non niſi cum genere totam adæquet ſpeciei quiditatem, quod ex 1. poſt. T.9. colligi ualet, ubi habetur, quòd primus modus dicendi per ſe vno modo eſt, quando tota definitio, includens genus, & differẽtiam predicatur de diffinito. Iam tertium ponitur notandum; tres ſunt intellectus noſtri operationes, ſimplicium ſcilicet appræ-

henſio;

henſio; compoſitio, & diuiſio; & diſcurſus. De primis duabus meminit phi. tertio de ani. de tertia uerò, quamuis in illis uirtualiter contineatur, mentionem facit infra eodem lib. Tunc fit prima operatio, quando hominem, leonemue, ut ſic, mente concipimus. Tunc ſecunda, cum enunciationes affirmatiuas, uel negatiuas mente, uel voce conficimus. Tertia deniq; cum plura cognoſcimus, ſed vnum poſt aliud, & per aliud .i. per notum ignotum; uel per magis notum minus notum. Hæ operationes ita ſunt inter ſe ordinatæ; ut ſecunda ſine prima eſſe non poſsit, ſicut nec tertia ſine alijs. Inter primam, & ſecundã operationem hoc uidetur Ariſt. locis nuper relatis, ſtatuere diſcrimem; ut in prima non ſit uerum, neq; falſum; in ſecunda utique, quod abſolutè ne concedas. Dices igitur, quòd intellectus duobus modis dicitur uerus; primo modo quando intelligit res, ſicuti ſunt; quo pacto ſenſus etiam dicitur uerus: eodemq; modo dicitur falſus, ſi rem percipit aliter, quàm ſit: & ſic in prima etiam intellectus operatione, contra nonnullos recentiores, falſitas, uel ueritas inuenitur. Altero modo verus dicitur intellectus, vel falſus vbi non ſolum percipit res, veluti ſunt, aut non ſunt; ſed aſſerens etiam aliquãdo eſſe, id quod eſt, vel non eſſe id quod eſt, &c. ideſt componẽs

T. 21. & 22.

T. 49.

etiam in poſt. predic c. ul. & 1. peribe. c. 2.

compo-

componenda, vel non componenda: & diuidens diuidenda, vel non diuidenda, & tunc verum, uel falſum in ſecunda ſolum intellectus operatione reperitur, veluti locis relatis eſt Ariſt. intelligendus. Ad rem modò; ſi predicamentorum liber à logica ſeiungatur; iam ipſa neutrum conſequitur finem, quod inde patet; quoniam ſimplices voces ignorans enunciationes nunquam conficere valebit, nec reliqua, ſciendi quę ſunt inſtrumenta ꝓpriè ſumpta. Neque primam intellectus operationem ullo pacto adiuuaret, conceptus enim ſimplices, ueluti cõpoſitos, ſi non dirigeret per voces ſimplices medijs conceptibus ſimplicibus, munere ſuo certè non fungeretur omnino. Dices contra primum, quòd ſufficit cognitio nominis, & verbi, quę in lib. periher. habetur. Cõtra ſecundum, quòd prima intellectus operatio per definitionem adiuatur. Statim reſpondetur, quòd ſufficit ſcire quid nomẽ ſit, vel verbum; ſubiectum, & predicatum pro inſtrumento argumentationis tantum; ſed non pro alijs in logica conſideratis. Deinde, quòd prima intellectus operatio dupliciter dirigi ualet; initiatiuè .ſ. ac terminatiuè: uel confuſè, & diſtinctè: ſecundo modo militat obiectio; non autem primo modo. Tertia confirmatio à termino, adquẽ ultimatè phi. dirigitur intẽtio facilè colligi *ex proœ. phys.*

ualet;

valet; eius igitur intentio fuit principalis quandam introductionem conſtituendi ad omnes percipiendas ſcientias neceſſariam; cum omnes diſciplinę ſimplicium vocum indigeant ſignificationibus; etiam quantù ad rationem definiendi; non habita enim predicamentorum cognitione; ſaltem rudi; cum quęlibet definitio ex genere conſtet, ac differentia, quę in predicamento cõtinentur, exacta definitio reddi non poteſt. Inter quas diſciplinas logica etiam connumeratur; ergo liber predicamentorum logicam ſicut alias ſcientias anteire debet. Cum clara ſit conſequentia, veritatem antecedẽtis apud ſapientiores videas diffusè. Dices, tractatio predicamentorum ſi neceſſaria eſt omnibus diſciplinis, quare pręcipuè logicę adaptatur? Primò dicitur, quò niam logica ante omnes diſciplinas percipi debet. Secundò, quia logica ſine cognitione predicamentorum alijs ſcientijs auxiliari minimè poſſet. Poſtrema inde ſumitur ratio, quoniam ſine predicamentorum cognitione multa penitus ignorarentur in logica. Primò, tertia etiam intellectus operatio falſa reperitur; videlicet quantum ad formam & quantũ ad materiam: ex primo phys. T.22. ad quam falſitatem remouẽdam inſtituti ſunt quatuor logicæ libri poſt alios ſequentes. Secundò, perfecta conſe-

2. poſt. cap. vlti. & 4. met T. 1.

T quentia-

quentiarum natura eſſet occulta, quę ordinem reſpicit eſſentialem, qui extra librum predicamentorum non inuenitur, vel ſaltem cognoſci nequit faciliter, atque determinatè. Tertiò, contradictoriarum ingenium neſciretur, nec non ſubalternarum; cum abſque predicamentorum notitia vniuerſalis, particularisue quę ſit propoſitio minimè percipi ualeat; ſaltem in predicatione naturali. Quartò, ut alia miſſa faciam, primus modus dicendi per ſe concipi non poſſet. Argumenta in contrarium hęc potiora eſſe uidentur. In predicamentis agitur de rebus, ut omnes concedere uidentur, & colligitur ex 2. diuiſione antepredic. immo ex tota ferè tractatione, & vlterius modus conſiderandi ſumitur à modo definiendi &c. ergo de ipſis agere ad logicam non ſpectat: tenet conſequentia, quoniam logicę ſubiectum eſt ens rationis, & per conſequens ipſa de ente reali agere non debet. Reſpondetur primò, argumentum hoc vnũ ſupponere tanquam clarum, quod eſt maximè probandum ob varias Doctorum opiniones; nempe ens rationis ſubiectum eſſe in logica; vnde dico ipſe pro nunc, & alibi firmiter probabo, quòd in logica tradita ab Ariſt. ſyllogiſmus, & non ens rationis eſt adequatum ſubiectum. Deinde dicitur, quòd in libro predic. partim agitur de

ſecundis

ſecundis intentionibus; partim uerò non: primo modo pertinet ad logicum; ſecundo verò modo minimè. Vel dicitur cum Boetio in principio ſuę commentationis, quòd ibi agitur de rebus non primaria intentione; ſed per accidens, ideſt quoniam voces non plenè explicantur, ſicut nec intentiones benè cognoſcuntur niſi prę ſuppo ſita rerum aliqua cognitione; vnde habetur quód modus conſiderandi principaliter ſequitur modum definiendi. Eſt ſecundum argumentum, proprietates, quę de prędica mentis demonſtrantur, conueniunt ipſis, vt res ſunt, ergo, &c. Reſpondetur hoc omnino falſum eſſe; quoniam proprietates de predicamentis probantur, vt ſic, non autē, vt res ſunt; & ratio eſt, quoniam vnum predicamentum ab alio ſeparari nō poteſt, niſi à poſteriori, ideſt per proprietates, vt ſic. Vnde, quando dicit Ariſt. ſubſtantię ma ximè proprium eſt, &c. illa proprietas omni ſubſtantiæ, vt ſubſtantia eſt non conuenit; ſed vtique tali prædicamento, ab alijs vt di ſtinguatur aliquo pacto, quod ex comparatione ſequenti fit notum: & quoniam iam poſuerat propritatem, quæ conuenit omni ſubſtantiæ, & ſolis ſubſtantijs, videlicet in ſubiecto non eſſe. Tertium argumentum, predicamenta non conſiderantur, vt pars logicæ, &c. ergo &c. Reſpondetur quòd cō-

ſiderantur vt pars logicę,per ea, quę dicta ſunt. Quartum argumentum: ens per accidens non conſideratur ab arte,ergo predicamenta nec per accidens à logico conſideratur. Gloſa antecedens, videlicet, quód ens per accidens, non conſideratur ab arte primarió,ſed vtique ſecundarió. Quintũ augumentum, quicquid conſideratur per ſe in arte continetur, &c. Tale argumentum fauet prorſus, cum omnia in predicamentis conſiderata ad logicum negocium ſint ordinata, vti iam demonſtratum eſt. Pro vltimo argumẽto locus afferri ſolet ex quarto met. poſitus in principio capitis ad explicandum, ad quem dicitur in primis; ad metaphyſicum ſpectare exactiſsimam predicamentorum tractationem; rudem tamen,& leuem ad logicum; non vt cognoſcat ipſarum rerum naturas,cęterum ex eis vt inſtrumenta ſua conficere queat. Dicitur poſtmodum non tam clarè illis ex locis illud haberi, vt ipſi putant;ſi rectè immo inſpiciantur textus illi, phi.ſententię quod dicitur ab eis vix valet adaptari. In ſecunda .n. particula dicti libri, ſecũdum expoſitoris iudiciũ, quòd primi philoſophi ſit cõſiderare de omnibus ſubſtãtijs hac ratione oſtẽdit. Omniũ eorũ,quę sũt vnius generis, eſt vnus ſenſus,& vna ſciẽtia. Si igitur õnia ẽtia sũt vnius generis aliquo modo,ergo eſt

vna

vna ſcientia ponendã, quę õnia entia eo modo conſideret; reliquendo, vt ſpeciales ſcientię entia conſiderent ſub proprias ſingularum ſpecierum rationes; vnde uidere neſcio quomodo ad rem faciat locus ille. Confirmatur eadẽ explicatio per id, quod in quarta legitur particula, videlicet, tot ſunt philoſophię partes, quot ſubſtantię. In ſexta verò particula idẽ paucioribus concluditur, quòd met. ſcilicet eſt de ente in communi; non autem de ſpeciebus entis. Confirmatur per cap. 1. ſum. 2. 11. met. vbi dicitur, ꝙ metaphyſicus verſaĩ circa ens, & huius accidentia, vt ens eſt, & circa cõtrarietates ipſius vt ens. Immo dicit ibidem, quòd ſicut mathematicus verſatur circa quãtum, ita metapyſicus circa ens, ideſt ſicut mathematicus conſiderat quantũ, vt ſic, ita metapyſicus ens. Vbi notum ſit Metaphyſicum non idẽ cum mathematico ꝓrſus in cõſiderationem habere, nec eodẽ ſub modo cõſiderandi.

FINIS.

ERRA.		CORREC.
Nu. 23.	defficit.	deficit.
29.	ſecundar'o:	ſecundo.
40	termi. quem:	ad quem.
47.	aqua:	vel, corpus nāle, & ſub
48	conſiderat:	conſiderant ⁄lunare.
54.	aſſentiam:	eſſentiam.
63.	pradicamen:	predicamen.
72.	matematis:	mathematicis.
100.	à carpore:	corpore.
104.	& ſi diceret:	ac ſi diceret.
106.	exemię:	eximie.
127.	ſulum:	ſolum.
131.	d caret:	diceret.
139.	officiens:	efficiens.
144	preterea:	propterea.
148.	& arbitratur:	ut arbitratur.
223.	fominę:	feminę.
230.	qu amius:	quamuis.
254.	proprietate:	proprietatem.

REGISTRVM

† ABCDEFGHIKLMNOPQRST.